Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

FLAVII JOSEPHI

OPERUM

TOMUS II.



Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

†ΙΟΥΣΤΟΥ ΤΙΒΕΡΙΕΩΣ

ΧΡΟΝΙΚΟΝ.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Ἰούστου Τιβεριέως χρονικὸν, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ. Ἰούστου Τιβεριέως Ἰουδαίων βασιλέων, τῶν ἐν τοῖς στέμμασιν. οὗτος ἀπὸ πόλεως τῆς ἐν Γαλιλαίᾳ Τιβεριάδος ὡρμᾶτο. ἄρχεται δὲ τῆς ἱστορίας ἀπὸ Μωσέως, καταλήγει δὲ ἕως τελευτῆς Ἀγρίππα, τοῦ ἑβδόμου μὲν τῶν ἀπὸ τῆς οἰκίας Ἡρώδου, ὕστατον δὲ ἐν τοῖς Ἰουδαίων βασιλεῦσιν, ὃς παρέλαβε μὲν τὴν ἀρχὴν. ἐπὶ Κλαυδίου, ηὐξήθη δὲ ἐπὶ Νέρωνος, ἔτι μᾶλλον ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ. τελευτᾷ δὲ ἔτει τρίτῳ Τραιανοῦ: οὗ καὶ ἡ ἱστορία κατέληξεν. ἔστι δὲ τῇ φράσιν συνῃρωτάλος τε, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἀναγκαιοτάτων παραπρέχων. ὡς δὲ τὰ Ἰουδαίων νοσῶν. Ἰουδαῖός τε καὶ αὐτὸς ὑπάρχων τὸ γένος: ὅτε Χριστοῦ παρουσίας, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν τελεσθέντων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τερατουργηθέντων, οὐδενὸς ὅλως μνήμην ἐποιήσατο. οὗτος παῖς μὲν ἦν Ἰουδαίου τινὸς ὄνομα Πίστου, ἀνθρώπων δὲ (ὡς φησὶν Ἰώσηπος) κακουργότατος, χρημάτων τε καὶ ἡδονῶν ἥττων. ἀντεπολιτεύετο δὲ Ἰωσήπῳ, καὶ πολλὰς κατ' ἐκείνου λέγεται ἐπιβουλὰς ῥάψαι. ἀλλὰ τό γε Ἰώσηπον, καί τοι ὑπὸ χεῖρα πολλάκις λαβόντα τὸν ἐχθρὸν, λόγοις μόνον ὀνειδίσαντα, ἀπαθῆ κακῶν ἀφεῖναι. καὶ τὴν ἱστορίαν δὲ, ἣν ἐκεῖνος ἔγραψε, πεπλασμένην τὰ πλεῖστα φασὶ τυγχάνειν, καὶ μάλιστα οἷς τὸν Ρωμαϊκὸν πρὸς Ἰουδαίους διέξεισι πόλεμον, καὶ τὴν Ἱεροσολύμων ἅλωσιν.

JUSTI TIBERIENSIS

Judæorum Regum

CHRONICON.

LEctum est Justi Tiberiensis Chronicon, cujus hæc inscriptio, Justi, Tiberiensis Regum Judæorum, qui coronati fuerunt. Hic e Tiberiade Galilææ oppido ortum nomenque traxit. Auspicatur historiam a Moyse, perducitque ad exitum usque Agrippæ, septimi e familia Herodis, & Judæorum regum postremi. Qui regnum sub Claudio accepit: crevit sub Nerone, ampliusque dein sub Vespasiano: obiit autem tertio Trajani anno, quo & historiæ finis ducitur. Stylus huic maxime concisus, & pleraque relatu cum primis necessaria prætermittit. communi autem Hebræorum vitio laborans, Judæus genere cum esset, de Christi adventu deque iis, quæ ipsi acciderunt, aut de miraculis ab illo patratis, nullam prorsus fecit mentionem. Parentem Hebræum quemdam habuit, cui Pisto nomen: mortalium ipse (ut ait Josephus) nequissimus, & pecuniæ cupiditati ac libidini serviens. contendit idem in Republica cum Josepho, cui multas struxisse insidias fertur: Josephus tamen, etsi sæpe numero hostem comprehendisset, verbis duntaxat castigatum impune abire permisit. Historiam vero, quam texuit, magnam partem confictam ajunt, eaque potissimum, quibus Romanorum adversus Judæos bellum, & Hierosolymorum excidium persequitur.

† Excerptum hoc, quod servavit Photius in Bibliotheca sua, convenire hoc in loco duximus; *Justi* enim hujus, ut adversarii sui, sæpius in Vita sua mentionem facit Josephus. Hav.

Φ Λ. Ι Ω Σ Η Π Ο Υ

Π Ε Ρ Ι Τ Ο Υ

Ι Ο Υ Δ Α Ι Κ Ο Υ Π Ο Λ Ε Μ Ο Υ,

Η

Ι Ο Υ Δ Α Ι Κ Η Σ Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Α Σ

Π Ε Ρ Ι Α Λ Ω Σ Ε Ω Σ Λ Ο Γ Ο Ι Ζ.

FLAVII JOSEPHI

DE

BELLO JUDAICO,

SIVE

JUDAICÆ HISTORIÆ

DE EXCIDIO LIBRI VII.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΡΩΤΩ ΛΟΓΩ

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΛΩΣΕΩΣ.

JOSEPHI LIBRO PRIMO HISTORIARUM EXCIDI JUDAICI HÆC CONTINENTUR.

ά. Προοίμιον· ὅπως καὶ δι' ἣν αἰτίαν ὁ συγγραφεὺς ἦλθεν [b] ἐπὶ τὸ γράψαι τὴν παροῦσαν ἱστορίαν. ἔκθεσις κεφαλαιώδης τῶν ὑποθέσεων τῆς πάσης πραγματείας.

1. *Proœmium: Quomodo & quam ob causam auctor hujus historiæ animum ad eam scribendam appulit. Summaria totius operis argumentorum expositio.*

β. Οπως λαβὼν πάσιν τῶν ἐν Ιεροσολύμοις, Αντίοχος ὁ Επιφανὴς τῆς τε πόλεως ἐγκρατὴς γέγονε, καὶ κακῶς τοὺς Ιουδαίους διέθηκε. καὶ ὡς Ονίας πρὸς Πτολεμαῖον διέφυγεν.

2. *Quomodo Antiochus Epiphanes ex Hierosolymitarum seditione urbem illorum cepit, & Judæos male tractavit: utque Onias ad Ptolemæum se recepit.*

γ. Οπως Βακχίδην, ὠμότατα λελογισμένον κατὰ τὸν Ελεάζαρον, [c] Ματθίας ὁ ἱερεὺς ἀπεκτόνας, τὸ πλῆθος ἐπαναγόμενος, τόν τε Αντίοχον ἐπολέμησε, καὶ τελευτῶν [d] Ιούδᾳ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων τὴν ἀρχὴν καταλέλοιπε. καὶ ὅπως αὖθις ἐκεῖνος κατώρθωσε πολεμῶν.

3. *Qualiter Bacchiden, in Eleazarum crudeliter sævientem, Matthias pontifex, populo ad se coacto, interfecit; dein bellum gessit adversus Antiochum, morienſque Judæ filiorum natu maximo imperium reliquit: & quomodo ille, bello suscepto, feliciter res restituit.*

δ. Οπως δὲ Επιφανὴς τελευτήσαντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Αντίοχος, λαβὼν δεξάμενος τὴν πατέρα, κατὰ τῶν Ιεροσολύμων ἐστράτευσε, καὶ τὴν πόλιν κατέσχε, καὶ ὡς Ελεάζαρος ὁ ἀδελφὸς Ιούδα ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ ἐλέφαντος, μηδὲν μέγα δράσας. καὶ ὡς αὐτός τε Ιούδας, καὶ Ιωάννης ὁ ἀδελφὸς ἀνῃρέθη.

4. *Quomodo, post mortem Epiphanis, filius ejus Antiochus, qui patri successit, contra Hierosolyma exercitum duxit, & urbem occupavit; & qualiter Eleazarus, Judæ frater, ab elephante oppressus interiit, nulla re memorabili gesta: utque Judas & Joannes frater ejus interempti sunt.*

ε. Οπως Ιωνάθης ὁ ἀδελφὸς λαβὼν δεξάμενος τὴν ἀρχὴν, δόλῳ συλλαμβάνεται ὑπὸ Τρύφωνος τοῦ ἐπιτρόπου Αντιόχου καὶ κτείνεται.

5. *Quomodo Jonathas Judæ frater, imperio suscepto, dolis à Tryphone Antiochi tutore capitur & occiditur.*

ϛ. Οπως ὁ Σίμων ὁ ἕκτος λαβὼν δεξάμενος τὴν ἀρχὴν, καὶ γενναίως μὲν ἀφηγησάμενος τῶν πραγμάτων, ἐλευθερώσας δὲ καὶ τοὺς Ιουδαίους [e] μετὰ ρό. ἔτη τῆς Μακεδόνων ἐπικρατείας, καὶ ἀποδειχθεὶς λαβὼν τοῦ πλήθους ἀρχιερεὺς, ἐπιβουλεύεται ἐν συμποσίῳ ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ γαμβροῦ.

6. *Quomodo Simon fratrum natu minimus, cum imperium suscepisset, & rebus strenue administratis Judæos post CLXX. annos à dominatione Macedonum liberasset, & à populo pontifex factus fuisset, Ptolemæi generi sui insidiis in convivio appetitur.*

ζ. Οπως Ιωάννης, ὁ καὶ Υρκανὸς, ὁ υἱὸς Σίμωνος, τὸν πατέρα λαβὼν δεξάμενος, τόν τε Πτολεμαῖον ἐξέφυγε, καὶ τὸν Αντίοχον ἀπώσατο, καὶ ὅσα κατώρθωσε λαβών τε ἑαυτοῦ καὶ τῶν παίδων Αριστοβούλου καὶ Αντιγόνου· καὶ ὡς, ἐν τριάκοντα τρισὶν ἔτεσιν καλῶς ἀφηγησάμενος τῶν πραγμάτων, τελευτᾷ ὑπὲρ ἑ υἱοῖς, ἄρχων τε τοῦ ἔθνους, καὶ ἀρχιερεὺς, [f] καὶ προφήτης ὤν.

7. *Quomodo Joannes, qui & Hyrcanus dictus est, Simonis filius patrisque successor, Ptolemæum effugit, & Antiochum repulit; & quæ præclare gessit, tam per se quam per filios suos Aristobulum & Antigonum: utque rebus per XXXIII. annos pulchre administratis, & filiis V. relictis, moritur, cum & gentis princeps & pontifex exstitisset, simulque propheta.*

η. Οπως Αριστόβουλος ὁ πρεσβύτατος τοῦ Υρκανοῦ παίδων μὲν τετρακοσιοστὸν οα'. ἔτος ἀπὸ Βαβυλῶνος ἀνακλήσεως, λαβὼν διάδημα περιθέμενος, καὶ τυραννικῶς ἄρξας, τελευτᾷ, ὁ πλεῖον ἑνιαυτοῦ βασιλεύσας.

8. *Quomodo Aristobulus, filiorum Hyrcani natu maximus, annis CCCCLXX. elapsis post revocationem è Babylonia, diadema sumpsit, cumque tyrannorum more imperasset, vitam finivit, anno & non amplius in imperio exacto.*

θ. Οπως ὁ ἀδελφὸς Αριστοβούλου Αλέξανδρος βασιλεύει, καὶ ὅσα ἔπραξεν ἐν πάσῃ τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ· καὶ ὅπως ἐμισήθη ὑπὸ τῶν ἰδίων λαβὼν πολλὴν ὠμότητα, καὶ ὡς ἀπηλλάγη βασιλεύσας ἔτη κζ'.

9. *Quomodo Alexander Aristobuli frater post eum regnavit, & quas res gessit dum imperaret: qualique odio sui eum prosequuti sunt propter crudelitatem ejus, utque è vita discesserit cum regnasset annos XXVII.*

ι. Οπως ἡ γυνὴ αὐτοῦ Αλεξάνδρα καλῶς ἦρξε, καὶ τῶν

10. *Quemadmodum uxor ejus Alexandra præclare res*

a *Al.* Κεφάλαια τῆς α'. βιβλίου τῆς Ιουδαϊκῆς ἁλώσεως.
b Επὶ τὸ γράψαι] Ita *Vat.* εἰς τὸ συγγράψαι *Gall.*
c Ματθίας] Ita *Gall.* Ματταθίας in *cæteris.*
d Ιούδᾳ] deest *Gall.*
e Μετὰ ρὸ. — ἐπιβουλεύ] Ita rescripsi ex *Josepho.* μετὰ ρό. ἔτη τῆς Μακεδόνων. καὶ ἀποδειχθεὶς [ἀπαδειχθεὶς *Gall.*] λαβὼν τῆς ἀρχιερέως, ἐπιβουλεύεται &c. *MSS. Vat.* & *Gall.*
f Καὶ προφήτης] Ita *Gall.* καὶ προφητεύων *Vat.*

res imperii gessit, & Hyrcanum filiorum natu maximum pontificem constituit, atque Aristobulum vitam privatam agere voluit: & quomodo in periculis erat ex Pharisæorum potentia.

11. *Quomodo Aristobulus, mortua matre postquam per novennium regnasset, imperium obtinuit, fratre à rerum gubernaculis repulso: postea vero cum eo in concordiam rediit, ita ut ille imperaret, & Hyrcanus pontificatum teneret.*

12. *Quomodo Aristobulo dominante, inimici ejus præ metu illius, maximeque Antipater Idumæus, persuaserunt Hyrcano ut ad Aretam Arabum regem fugeret: & qualiter in patriam cum ingenti exercitu reducitur, fratrique prævaluisset, nisi Scaurus dux Romanorum, muneribus ab Aristobulo acceptis, Hierosolymorum obsidionem solvisset.*

13. *Quomodo Pompejus, dum precibus eum fatigarent Hyrcanus & Antipater, iratus Aristobulo, quod præ superbia omnino noluerit juris sui rationem reddere, oppugnavit cepitque Hierosolyma, & pontificatum Hyrcano restituit.*

14. *Quomodo Pompejus, capto Aristobulo cum ejus prole, Romam se contulit; utque Alexander unus è filiis Aristobuli inter eundum elapsus est. & qualiter Scaurus in Arabiam impressionem fecit, & ex ea recessit: quaque Alexander profugus gessit & perpessus est.*

15. *Quomodo Syriæ urbes, quas olim Judæis acquisiverant Maccabæi, eis abstulit, & illarum cæteraque Syriæ procuratorem fecit Scaurum: ubi etiam agitur de modo quo balsamum nascitur & conficitur, & de iis quæ Pompejus in templo invenit, deque numero occisorum ex utraque parte.*

16. *Quomodo Gabinius, missus in Syriam ut Scauro succederet, cum Alexandrum vicisset veniamque petenti dedisset, Judæam omnem in conventus quinque divisit.*

17. *Quomodo & Aristobulus, qui Româ profugerat & Gabinio bellum intulerat, tandem victus est, iterumque Romæ in vinculis vitam agit.*

18. *Qualiter Gabinius, contra Parthos profectus, à Ptolemæo impeditur: utque Judæos, iterum in seditionem concitatos, adortus compescuit.*

19. *Quomodo Crassus, successor Gabinii, à Parthis occisus est: & quænam Cassius, qui cum eo fugerat, in Syria gessit.*

20. *De Antipatro ejusque progenie.*

21. *Quomodo Cæsar Aristobulum vinculis solutum Hierosolyma misit, quæque ille eò profectus libereque ipsius à Pompejanis passus est.*

22. *Quomodo Antipater, cum Mithridati Pelusium obsidenti, ut Cæsarem demereretur, auxilium tulisset, seque in prælio strenuum ostendisset, civitate Romana simul & immunitate donatus est à Cæsare: utque ab Antigono Aristobuli filio accusatus apud Cæsarem in causæ disceptatione superior evasit; idque obtinuit ut Hyrcanus in pontificatu confirmaretur, & ipse totius Judææ procurator fieret.*

23. *Quomodo Antipater & mœnia à Pompejo antea eversa instauravit, & tumultus in provincia sedavit; atque è filiis suis Phasaëlum quidem natu maximum Hierosolymis & regioni vicinæ præfecit, Herodem vero Galilææ.*

24. *Quomodo Hyrcanus ab obtrectatoribus Herodis irritatus, atque ipse Herodi ob res præclare*

υἱῶν τ μὲν πρεσβύτερον Ὑρκανὸν ἀρχιερέα δείκνυσι, τ δὲ Ἀριστόβουλον ἰδιώτην καθίστη· καὶ ὡς ἀφ' ἑαυτ τ τῶν Φαρισαίων ἐξουσίαν ἐκινδύνευσεν.

ια'. Ὅπως Ἀριστόβουλ , τ μητρὸς μὲν θ'. ἔτ τελευτησάσης, τ Ὑρκανὸν ἀδελφὸν ἀγωνισάμεν , ἐκράτησε τ ἀρχῆς· ἔπειτα δὲ διαλλάττεται, καὶ ὁ μὲν τ βασιλείαν, Ὑρκανὸς δὲ τ ἀρχιερωσύνην λαμβάνει.

ιβ'. Ὅπως κραθησαν Ἀριστοβούλ , δείσαντες οἱ ἀφέστηκοι, καὶ μάλιστα ὁ Ἰδουμαῖ Ἀντίπατρ , ἔπεισεν Ὑρκανὸν φυγεῖν πρὸς Ἀρέταν τ Ἀράβων βασιλέα. καὶ ὅπως κατήγαγεν αὐτὸν μετ' στλήθους γραπτῆ πρὸς τ πατρίδα. καὶ ἐκράτησεν, εἰ μὴ Σκαῦρ ὁ Ῥωμαίων γραπτηγός, δῶρα λαβὼν παρὰ Ἀριστοβούλ, τ πολιορκίαν ἔλυσεν.

ιγ'. Ὅπως, Ὑρκανῦ καὶ Ἀντιπάτρ δεηθέντων, Πομπηΐ ὀργισθεὶς Ἀριστοβούλῳ, ἐπείπερ ὑπερηφάνει μέχρι παντὸς ἀπολογεῖσθ ὑπὲρ τ δικαίων, ἐπολιόρκησέ τε καὶ ἔλαβεν Ἱεροσόλυμα, καὶ τῷ Ὑρκανῷ τ ἀρχιερωσύνην ἀπεκατέστησεν.

ιδ'. Ὅπως τ Ἀριστόβουλον μετ' γενεᾶς λαῶν εἰς Ῥώμην ἦγε ὁ Πομπηΐ , ἐξ ὧν Ἀλέξανδρ ἀφαδιδράσκει ὁ Ἀριστοβούλου ἐκ τ ὁδοῦ. καὶ ὅπως Σκαῦρ εἰς τ Ἀραβίαν ἐνέβαλε, καὶ αὖθις ἀπέστη. καὶ ὅσα ὁ ἀπόγονος Ἀλέξανδρ ἔδρασέ τε καὶ ἔπαθεν.

ιε'. Ὅπως ἀφελόμεν [g] τὰ προκληθέντα πάλαι ἐκ τ Συρίας τ Ἰουδαίων παρὰ τ Μακκαβαίων, αὐτῶν τε καὶ τ ἄλλης Συρίας Σκαῦρον ἐπίτροπον καθίστησεν. ἔνθα καὶ περὶ τ τοῦ βαλσάμου φησὶν ἐργασίας, καὶ περὶ ὧν ὁ Πομπηΐ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ὅσοι ἀμφοτέρωθεν ἀπώλοντο.

ιϛ'. Ὅπως Γαβίνι , Σκαύρῳ παρεμφθεὶς ἀφάρχ , καταγωνισάμεν [h] Ἀλέξανδρον, καὶ συγγνώμην δοὺς αἰτησαμένῳ, πᾶν τὸ Ἰουδαϊκὸν ἔθν εἰς πέντε συνόδους διεῖλεν.

ιζ'. Ὅπως καὶ Ἀριστόβουλ ἀποδρὰς ἐκ Ῥώμης, καὶ πολεμήσας Γαβίνιον, τέλ ἡττᾶται, καὶ ἐν Ῥώμῃ δέσμι πάλιν ἄγεται.

ιη'. Ὅπως ὁρμήσας κατ' Πάρθων Γαβίνι , ἐμποδίζεται ὑπὸ Πτολεμαίου. καὶ ὡς πάλιν τὸν Ἰουδαίους ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀναπαλωθέντας ἐπελθὼν καθεστήσατο.

ιθ'. Ὅπως Κράσ , ἐλθὼν αὐτῷ ἀφάρχ , ὑπὸ Πάρθων κτείνεται. καὶ ὅσα Κάσσι [i] μετ' αὐτῦ φυγὼν διεπράξατο.

κ'. Περὶ Ἀντιπάτρου καὶ τ αὐτῦ γενεᾶς.

κα'. Ὅπως Καίσαρ ἀνεὶς τ δεσμῶν Ἀριστόβουλον εἰς Ἱεροσόλυμα ἔπεμψε. καὶ εἶτ ἀπελθὼν ἐκεῖσε, οἷα αὐτός τε καὶ παῖδες παρὰ τ Πομπηΐου πεπόνθασιν.

κβ'. Ὅπως Ἀντίπατρ ὑπὲρ Θεσσαλίας Καίσαρ συμμαχήσας Μιθριδάτῃ Πηλούσιον πολιορκοῦντι, καὶ γενναῖ κατ' τ μάχην φανεὶς, πολιτείᾳ τε τῇ Ῥωμαίων καὶ ἀτελείᾳ παρ' αὐτῷ τετίμηται. καὶ ὡς καθηγορηθεὶς παρ' Ἀντιγόνου τοῦ Ἀριστοβούλου παιδὸς ὑπὲρ Καίσαρ , κρατεῖ ταῖς δικαιολογίαις, καὶ Ὑρκανῷ βεβαιοῖ τ ἀρχιερωσύνην, καὶ αὐτὸς ὑπάτρων ὁ τ ὅλης Ἰουδαίας γίνεται.

κγ'. Ὅπως Ἀντίπατρ τά τε καθεγραμμένα ὑπὸ Πομπηΐου πρότερον ἐτειχίσατο, καὶ τὰς ἐν τῇ χώρᾳ θορύβους καθέστελλε. καὶ τ υἱῶν τ μὲν Φασάηλον Ἱεροσολύμων καὶ τ πέριξ γραπτηγὸν, τ δ' Ἡρῴδην τ Γαλιλαίας καθεστήσατο.

κδ'. [k] Ὅπως Ὑρκανὸς ὑπό τε Βασκάνων ἐρεθιζόμεν , καὶ αὐτοῖς ἐν τοῖς καθορθώμασι βασκαίνων τ Ἡρῴδῃ

g Τὰ προκληθέντα] Sic in *Cod. Gall.* καθαιρεθέντας πάλαι ἐκ τ Συρίας Ἰουδαίους *Vat.* Videtis *Antiquitatum* lib. XIV.

h Ἀλεξάνδρου,] Ἀλεξάνδρῳ *Gall.*

i Μετ' αὐτῦ] Mallem τῷ *Pal. Vat.* mallem, εἰς Συρίαν φυγὼν διεπράξατο.

k Summarium hoc acceptum debemus *Codici Gall.*

l Ελξ

δην εἰς κρίσιν ἐκάλεσε, κ᾽ αὖθις ἀπέλυσε. κ᾽ ὡς Ηρώδης ὀπὶ τοῦτο μνησικακῶν ἐπεστράτευε τῷ Υρκανῷ, κ᾽ αὖθις ἀνίησι ϖροκληθεὶς ὑπό τε τοῦ ϖατρὸς κ᾽ τοῦ ἀδελφοῦ Φασαήλου.

κέ. Περὶ ᾧ γενομένου ἐμφυλίου ϖολέμου Ρωμαίοις ϖρὸς Απάμειαν.

κϛ. Οπως Βροῦτος κ᾽ Κάσσιος ἐδολοφόνησαν Καίσαρα, κ᾽ οἷα Κάσσιος ἐν Ιουδαίᾳ ἔπραξε. κ᾽ ὡς, ὑποσχόμενος μεγάλα Αντιπάτρῳ εἰ κρατήσειεν, αἴτιος αὐτῷ ϖερὶ ταῦτα ᾧ κ᾽ ἀπολέσθαι ὑπὸ Μαλίχου φαρμάκοις ἐγίνετο.

κζ. Οπως Ηρώδης ἐτιμωρήσατο Μάλιχον Κασσίου συνεργίᾳ. κ᾽ ὡς [l] Ελιξ ὑπὸ ᾧ ἀδελφοῦ Μαλίχου ἐπαναστὰς Φασαήλῳ, κ᾽ ἡττηθεὶς ϖρότερον ϖαρ᾽ ἐκείνου, ἔπειτα ἦ κ᾽ ϖαρ᾽ Ηρώδου ἱκέτης ἀφίεται. κ᾽ ὡς Μαριὼν ὁ τύραννος ἀπηλλάγη Γαλιλαίας ὑπ᾽ Ηρώδου.

κη. Οπως Ηρώδης μὲν τὴν ϖρώτην γυναῖκα, κ᾽ δευτέραν τὴν Μαριάμνην, τὴν Υρκανοῦ μὲν θυγατρίδα, Αριστοβούλου δὲ θυγατέρα, ἠγάγετο.

κθ. Οπως μετὰ τὸν Κασσίου ἀναίρεσιν Αντώνιος εἰς Ασίαν ἐλθὼν, κατηγορηθέντας τοὺς ϖερὶ τὸν Ηρώδην οὐ μόνον οὐ ϖαρέλυσε τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ κ᾽ [m] τετράρχας κατέστησεν.

λ. Οσα ἐπράχθη ϖρὸς Βαρζαφάρνου κ᾽ Πακόρου τοῦ Πάρθων, βουλομένων καταγαγεῖν τὸν [n] Αντίγονον ἐπὶ τὴν βασιλείαν. κ᾽ ὅπως ὅ, τε Φασάηλος ἀπώλετο, κ᾽ Ηρώδης ὀπισθυλθεὶς ἐξέφυγεν, ὁ δὲ Υρκανὸς τὰ ὦτα λωβηθεὶς εἰς Παρθυηνὴν ἀπηνέχθη, κ᾽ Αντίγονος τὴν βασιλείαν κατεῖχεν.

λα. Οπως Ηρώδης ἀπελθὼν ϖρὸς τὸν Αράβων βασιλέα, λαβεῖν χρήματα ϖρὸς τὸ λυτρώσασθαι τὸν ἀδελφὸν, ἀπολυχὼν δὲ τὴν ἐλπίδος, δι᾽ Αλεξανδρείας εἰς Ρώμην ϖροσγίνεται, κ᾽ Αντωνίῳ κ᾽ Καίσαρι τὰς συμφορὰς ἀποδυράμενος, κ᾽ διηγησάμενος ϖῶς Αντίγονος μετὰ Πάρθων τὴν βασιλείας ἐγκρατὴς γέγονε, βασιλεὺς αὐτὸς ϖαρ᾽ αὐτῶν τὴν συγκλήτου συμψηφισαμένης ἀποδείκνυται.

λβ. Οπως Αντίγονος τοὺς ἐν Μασάδᾳ τῷ Ηρώδου ϖροσήκοντας [o] ἐπολιόρκει.

λγ. Οπως Ηρώδης ἀπὸ Ρώμης ἐπανελθὼν τὸν ϖρὸς Αντίγονον διήνεγκε ϖόλεμον. κ᾽ ὅπως τοὺς ϖερὶ αὐτὸν εἰς τὴν [p] χ᾽ Πάρθων ἐκπέμψας μάχην, αὐτὸς τοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις λῃστὰς ἐκπολεμήσας ἐχειρώσατο.

λδ. Οπως Ηρώδου ὀπὶ Αντίγονον ὁρμήσαντος εἰς Σαμάρειαν ἐπανίστανται Γαλιλαῖοι, κ᾽ ὡς ὑποτρέψας ϖάλιν αὐτοὺς κατεστήσατο. κ᾽ ὡς μετὰ Πάρθων ἵππων λαβὼν συμμάχους ϖαρ᾽ Αντωνίου ὀπὶ τὸν Αντίγονον, ἐπειδὴ ὁ στρατηγὸς αὐτῶν Μαχαιρᾶς ὁ χ᾽ σύμμαχον ϖρὸς αὐτὸν διετέθη, ϖάλιν ϖρὸς Αντώνιον ὑπέστρεψε, κ᾽ τὰ Σαμόσατα ϖολιορκοῦντι [q] συνεξεπόριζεν, νίκα κ᾽ Ιώσηπος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὀπίσω συμβαλὼν Αντιγόνῳ αὐτὸς σφάττεσθαι, κ᾽ τὸ στρατιωτικὸν ϖᾶν διαφθείρεσθαι, κ᾽ τὰ ὑπήκοα αὖθις ἐπανίστασθαι.

λε. Οπως ὑπανελθὼν Ηρώδης ἀπὸ Αντωνίου, κ᾽ συμβαλὼν τοῖς ᾧ Αντιγόνου, ἄλλας τε ϖολίχνας αἱρεῖ κ᾽ τὴν Ιεριχοῦντα· καταλομεῖ δὲ κ᾽ Πάππον τὸν στρατηγὸν Αντιγόνου, τὸν φονέα ᾧ ἰδίου ἀδελφοῦ Ιωσήπου.

λϛ. Οπως ἐπολιόρκησε τὰ Ιεροσόλυμα, ἤδη τρίτου ἔτους αὐτῷ τῆς βασιλείας ἀνυομένου, κ᾽ οἷα μὲν ϖρὸς τοὺς ἄλλοσιν Ιεροσολυμίταις ἀπήντησεν. οἵῳ δὲ τέλει κ᾽ Αντίγονος ἐχρήσατο.

gestas invidens, eum in judicium vocavit, ac deinde absolvit: utque Herodes injuriæ memor exercitum ducebat contra Hyrcanum; ac mox eum dimittit, ex consilio patris & Phasaëli fratris.

25. *De bello civili inter Romanos orto circa Apamiam.*

26. *Qualiter Brutus & Cassius dolo interficiunt Cæsarem, & quænam Cassius in Judæa gessit: utque magna Antipatro promittendo si victoriam obtineret, inde causa erat cur ille a Malicho fuerit veneno peremptus.*

27. *Qualiter Herodes adjutore Cassio ultus est Malichum: & quomodo Felix ut Malichi fratris necem vindicaret, insurrexit in Phasaëlum, & cum ab illo prius vinceretur, postea etiam ab Herode supplex dimittitur. utque Marion tyrannus è Galilæa pulsus est ab Herode.*

28. *Quomodo Herodes post primam uxorem alteram duxit, Mariamnen scilicet, Hyrcani quidem neptem ex filia, Aristobuli vero filiam.*

29. *Quomodo post Cassii cædem Antonius, cum in Asiam venisset, Herodem fratremque à Judæis accusatos, non solum non imperio privavit, sed & tetrarchas ambos constituit.*

30. *Quænam gesta erant à Barzapharne & Pacoro Parthis, dum studerent Antigonum in regnum reducere: qualiterque & Phasaëlus interiit & Herodes insidiis petitus effugit, atque Hyrcanus auribus mutilatus in Parthiam abductus est, & Antigonus regnum obtinuit.*

31. *Quomodo Herodes, cum se contulisset ad Arabum regem, ut pecunias ab eo acciperet quibus fratrem redimeret, spe vero de sua excidisset, via Alexandriæ Romam proficiscitur, cumque apud Antonium & Cæsarem calamitates suas deplorasset, narrassetque quo pacto Antigonus Parthorum ope regnum nactus est, ipse rex ab illis ex consensu senatus declaratur.*

32. *Qualiter Antigonus Herodis necessarios Masadæ inclusos obsidet.*

33. *Quomodo Herodes Roma reversus bellum agitavit contra Antigonum; utque suis ad bellum contra Parthos persequendum missis, ipse latrones in speluncis debellatos in potestatem suam redegit.*

34. *Quomodo, Herode contra Antigonum profecto, Galilæi in Samaria seditionem movent, utque reversus motus eorum composuit: qualiterque post Parthos devictos, cum suppetias ab Antonio impetrasset contra Antigonum, duce illorum Machæra se pro socio idoneo minime gerente, reversus est ad Antonium, eique Samosata obsidenti subministrabat, quando & Josephus frater, ejus in absentia, cum Antigono commissus occiditur ipse, & omnem exercitum amisit; quique subditi erant iterum rebellarunt.*

35. *Quomodo Herodes ab Antonio reversus, congressusque cum Antigonianis, præter alia oppidula capit Hierichuntem: atque etiam caput amputat Pappo copiarum Antigoni duci, qui Josephum fratrem suum occiderat.*

36. *Qualiter Hierosolyma oppugnavit, cum tres annos in regno exegisset, & quænam Hierosolymitis post urbem captam acciderunt; utque vitam finivit Antigonus.*

37. *Que-*

[l] Ελιξ] Ἔλιξ male pro Ἕλιξ in *MSS.* ut & mox ὑπὸ forsc. pro ὑπὲρ.
[m] Τετράρχας] Ita *Gall.* τετράρχην *Vat.*
[n] Αντίγονον] Αντώνιον perperam in *MS. Gall.* unde desumpsimus n. xxx. & n. xxxi. qui deerant in *MS. Vat.*
[o] Προσήκοντας] Ita *Gall.* καθήκοντας *Vat.*
[p] Συνεξεπόριζεν,] Συνεξεπόρθησεν in *MS.*

37. *Quænam propter Cleopatræ amorem gessit Antonius.*
38. *Quomodo, bello Actiaco conflato, missus est Herodes ab Antonio contra Arabas, qui prælio conserto eos superat profligatque: dein & suos ex terræ motibus, qui variis in locis acciderant, perterritos, oratione cohortatur ut animos sumerent.*
39. *Quomodo Herodes post victoriam apud Actium Cæsarem adiit. & quænam ad eum loquutus est, vicissimque ab eo accepit; & quibus muneribus eum honoravit Cæsar.*
40. *De instauratione templi, & ædificiis ab Herode conditis; & qualis erat tam animi quam corporis dotibus.*
41. *De malis & infortuniis in familiam ejus grassantibus propter uxorem ejus Mariamnen; quæ omnia ei acciderunt, quoniam Hyrcanum olim captivum factum, Mariamnes avum, interfecerat, fratremque Josephum: & quomodo Mariamnem occidit.*
42. *Quomodo Herodes, ex Antipatri filii sui calumniis odio incensus in Mariamnes filios, Alexandrum secum Romam perducit, pœnas ab ipso exacturus apud Cæsarem; ipso autem cum absolutus esset assumpto, ubi Hierosolyma pervenit, rerum omnium rationem reddit populo.*
43. *De moribus Antipatri & filiorum Mariamnes.*
44. *De Pherora Herodis fratre, & quo pacto Herodi cum ipso interceserunt inimicitiæ.*
45. *De eunuchis Herodis; & quomodo illi in causa erant cur Alexander in periculum fuerit adductus.*
46. *Quomodo Archelaus socer Alexandri, cum è Cappadocia venisset, juvenes patri reconciliavit.*
47. *De maligno Euryclis Laconis ingenio; qualiterque Herodem iterum exacerbavit in filios.*
48. *Quomodo pater, Salomes calumniis irritatus, Alexandrum & Aristobulum in vincula conjicit, & de illis querelas ad Cæsarem mittit; acceptaque ab eo potestate filios interficit.*
49. *Qualiter omnium odio flagravit Antipater: & quomodo rex occisorum liberos consanguineis suis despondit.*
50. *Qualiter uxor Pheroræ materque Antipatri, inter se discordantes, Antipatro suisque exitio erant: & quomodo Antipater, ut semet è patris conspectu subduceret, Romam ad Cæsarem cum splendido apparatu se confert. deque Syllæo Arabe, & Pheroræ obitu.*
51. *Quomodo Pheroræ mors Antipatro causa erat interitus.*
52. *Qualiter uxor Pheroræ, semet è tecto præcipitans, providentia Dei, pœnas ab Antipatro repetentis, servata est.*
53. *De Antipatri à Roma reversione: quodque nemo ei, utpote ab omnibus odio habito, quæ acciderant in Judæa nunciarit.*
54. *Quomodo rex, concilio convocato, Nicolaum Antipatri accusatorem Varo præsente exhibuit: utque semet defendit Antipater.*
55. *Qualiter & Salome insidias intendens Antipatri deprehensus est literis Acmes Juliæ ancillæ forte interceptis.*
56. *De Sophistis Juda & Matthia, & aquila aurea.*
57. *De regis morbo; utque moriturus multos è Judæis nobilioribus ex omni Judæa congregatos, interfici præcepit, postquam animam efflasset.*
58. *Qualiter Antipatrum filium occidit; & quinto post die ipse moritur.*

λζ. Οἷα ἀφ' ἧς Κλεοπάτρας ἔρωτα Ἀντωνίῳ ἔπραττεν.
λη. Ὅπως τῷ Ἀκτιακῷ συρραγέντι πολέμῳ, ἐπέμφθη Ἡρώδης πρὸς Ἀντώνιον Ἀραβας πολεμῆσαι, καὶ πολεμήσας ἡττᾶται κρατεῖται. ἔνθα καὶ δεδοικότας τοὺς ἰδίους ἀφ' τοὺς συμβάντας [q] ἀλλεπαλλήλους σεισμοὺς δημηγορίᾳ πρὸς θάρσος ἀναχρῆται.
λθ. Ὅπως μετὰ τὸ περὶ Ἄκτιον νίκην προσῆλθε Καίσαρι. καὶ οἷα πρὸς αὐτὸν εἶπε, καὶ παρ' αὐτοῦ ἤκουσε, καὶ ὅπως αὐτὸν ἀπορρήτοις Καῖσαρ ἐτίμησεν.
μ'. Περὶ ἐπισκευῆς τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν γενομένων κτισμάτων παρ' Ἡρώδου. καὶ ὁποῖος ἦν τό, τε σῶμα καὶ τὴν ψυχήν.
μα'. Περὶ τῶν κατ' οἶκον δυστυχιῶν γενομένων αὐτῷ ἀφ' Μαριάμνην τὴν γυναῖκα, αἳ συνέβησαν ὅτι τὸ παλαι αἰχμαλωτισθέντα Ὑρκανὸν Ἡρώδης ἀπέκτεινε, πάππον αὐτῆς ὄντα, καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἰώσηπον. καὶ ὅπως καὶ αὐτὴν ἀπέκτεινεν.
μβ. Ὅπως ὑπὸ Ἀντιπάτρου τοῦ υἱοῦ καὶ τῶν παίδων Μαριάμνης ἀφορμῶν πλησθεὶς ἔλκει μετ' αὐτοῦ μὲν Ἀλέξανδρον ἐπὶ Ῥώμης, δίκας ἀπαιτήσων αὐτὸν ἐπὶ Καίσαρος, ἀπολυθέντα δ' ἀναλαβών, καὶ εἰς Ἱεροσόλυμα γενόμενος, ἀπολογεῖται ὑπὲρ πάντων πρὸς τὸ πλῆθος.
μγ'. Περὶ τοῦ ἤθους Ἀντιπάτρου καὶ τῶν Μαριάμνης παίδων.
μδ'. Περὶ Φερώρα τοῦ ἀδελφοῦ Ἡρώδου, καὶ ὅπως αὐτῷ ἀφάφορος γέγονεν.
με. Περὶ τῶν εὐνούχων Ἡρώδου. καὶ ὡς δι' αὐτῶν οἱ περὶ Ἀλέξανδρον ἐκινδύνευον.
μς'. Ὡς Ἀρχέλαος ὁ πενθερὸς Ἀλεξάνδρου, ἐλθὼν ἐκ Καππαδοκίας, διήλλαξε τὰ μειράκια πρὸς τὸν πατέρα.
μζ. Περὶ τῆς κακοηθείας τοῦ Λάκωνος Εὐρυκλέους. καὶ ὡς πάλιν ἐξηγρίωσε τὸν Ἡρώδην πρὸς τοὺς υἱούς
μη. Ὅπως Ἀλέξανδρον καὶ Ἀριστόβουλον δεσμήσας ὁ πατὴρ ταῖς ἀφορμαῖς Σαλώμης, Καίσαρι περὶ τούτων μηνύει, καὶ δεξάμενος τὴν ἐξουσίαν παρ' αὐτοῦ κτείνει τοὺς υἱούς.
μθ'. Ὅπως Ἀντίπατρος ἐμισήθη περὶ πάντων. καὶ ὡς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνηρημένων καὶηγγύησε τοῖς ἑαυτοῦ συγγενέσιν ὁ βασιλεύς.
ν'. Ὡς ἡ Φερώρα γυνὴ καὶ ἡ μήτηρ Ἀντιπάτρου, ἀφάφοροι γεγονυῖα Σαλώμης, αἴτιοι καθέστησαν ἀπωλείας Ἀντιπάτρου τε καὶ ἑαυτῶν. καὶ ὅπως Ἀντίπατρος, ὑπεκκλίνων αὐτὸν ἐκ τοῦ πατρὸς, εἰς Ῥώμην πρὸς Καίσαρα λαμπρῶς παρεγένετο. καὶ περὶ Συλλαίου τοῦ Ἄραβος, καὶ τῆς Φερώρα τελευτῆς.
να'. Ὅπως ἡ τελευτὴ Φερώρα τοῦ Ἀντιπάτρου ἀπωλείας αἰτία γέγονεν.
νβ'. Ὅπως ἡ γυνὴ Φερώρα, ἑαυτὴν ἀπὸ τοῦ τείχους ῥίψασα, Θεοῦ προνοίᾳ διεσώθη μετιόντος Ἀντίπατρον.
νγ'. Περὶ τῆς ἀπὸ Ῥώμης ἐπανόδου τοῦ Ἀντιπάτρου. καὶ ὅτι ἀφ' τὸ πρὸς αὐτὸν μῖσος ἰδεὶς αὐτῷ τὰ εἰς τὴν Ἰουδαίαν συμβάντα ἀπήγγειλεν.
νδ'. Ὅπως συνέδριον ὁ βασιλεὺς συναθροίσας κατήγορον Ἀντιπάτρου, παρόντος Οὐάρου, Νικόλαον παρεστήσατο. καὶ ὡς Ἀντίπατρος ἀπελογήσατο.
νε'. Ὡς καὶ Σαλώμη Ἀντίπατρος ἐπιβουλεύων ἐφωράθη ὑπὸ τῆς Ἄκμης τῆς Θεραπαίνης Ἰουλίας κρατηθέντων γραμμάτων.
νς'. Περὶ τῶν Σοφιστῶν Ἰούδατε καὶ Ματθίου, καὶ περὶ τοῦ χρυσοῦ ἀετοῦ.
νζ'. Περὶ τῆς νόσου τοῦ βασιλέως. καὶ ὡς πρὸς τὴν τελευτὴν γενόμενος, πλῆθος Ἰουδαίων ἐπισήμων ἀπὸ πάσης Ἰουδαίας συναγαγὼν, ἀναιρεθῆναι τούτους μετὰ τὸν αὐτοῦ τελευτὴν παρηγγύησεν.
νη'. Ὅπως ἀνεῖλεν Ἀντίπατρον τὸν υἱὸν, καὶ ἐπιούσας ἡμέρας πέντε τελευτᾷ.

q Ἀλλεπαλλήλους] Ita in *MS.* Forsan ἀλλοτροσάλλους, aut ἄλλοτε ἄλλους.

[a]ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ
[b]ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ,
Η
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ [c]ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ,
ΛΟΓΟΣ Α'.

FLAVII JOSEPHI
DE BELLO JUDAICO,
SIVE
JUDAICÆ HISTORIÆ DE *EXCIDIO,
LIBER I.

[d]ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΕΠΕΙΔΗ [e]τ Ἰουδαίων πρὸς Ρωμαίους πόλεμον συςάντα μέγιςον, οὐ μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπ' ἀκοῆ παρειλήφαμεν, ἢ πόλεων πρὸς πόλεις ἢ ἐθνῶν ἔθνεσι συρραγέντων, οἱ μὲν ἀβασάνιςοι τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἀκοῆ συλλέγοντες [f]εἰκαῖα καὶ ἀσύμφωνα διηγήματα, σοφιςικῶς ἀναγράφουσιν, οἱ παραγενόμενοι δέ, ἢ κολακείᾳ τῇ πρὸς Ρωμαίους, ἢ μίσει τῷ πρὸς Ἰουδαίους, καταψεύδονται τῶν πραγμάτων, ἄδειάν τε αὐτοῖς ὅπου μὲν κατηγορίαν, ὅπου δὲ ἐγκώμιον τὰ συγγράμματα, τὸ δὲ ἀκριβὲς τῆς ἱςορίας οὐδαμοῦ· [g]προὐθέμην ἐγὼ τοῖς κατὰ τὴν Ρωμαίων ἡγεμονίαν, Ἑλλάδι γλώσσῃ μεταβαλών, ἃ [h]τοῖς ἄνω

QUONIAM bellum quod cum Romanis gessere Judæi, idque maximum omnium, non modo quæ nostra ætas vidit, sed & *omnium* fere quæ auditione accepimus, cum aut civitates cum civitatibus aut gentes cum gentibus conflixerint, quidam, qui rebus non intererant, verum narrationes futiles interque se dissidentes ex rumoribus colligunt, sophistarum more scribendum suscipiunt, alii vero qui præsentes aderant, aut studio assentandi Romanis aut odio Judæorum, rerum veritatem ementiuntur, scriptisque illorum partim accusationes partim laudationes reperiuntur, nusquam vero exacta historiæ fides: idcirco ego proposui, quæ mediterraneis Barbaris jam ante miseram patria lingua conscripta, *nunc* Græce versa in gratiam illorum qui sub Romano

Bellum Judaicum omnium maximum.

Historia ejus mala fide à nonnullis conscripta.

Josephus quæ patria lingua scripserat Græce vertit.

[a] ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ] Abest à codice Vossiano iste titulus, cum procemio totius operis. Bodleianus sic inscribitur; Τῦ Φλαυίυ Ιωσήπυ περὶ ἁλώσιως Ιυδαίας, καὶ τ μεγάλης πόλεως λόγ. α'. Ἀβλίκτῳ καὶ φράσει Ελληνικῇ: ex sequentibus nempe intellexerat librarius, hæc eadem Josephum Hebraice quoque scripsisse. Photius *cod.* 48. non hujusce operis titulum sed argumentum exprimit. Porphyrius *de abst. l.* 4. §. 11. hosce libros Ιυδαικῆς ἱςορίας, eosdem Eusebius τ ἱςοριῶν sæpe vocat: At Josephus illos cum in *Originibus*, tum in *vita sua* περὶ Ιυδαϊκῦ πολέμυ vel Ιυδαϊκῶν πολέμων non semel inscribit. Eusebius *Hist. II.* 6. laudat τὴν β' τ Ιυδαϊκῦ πολέμυ, idem τὴν β' τ ἱςοριῶν τ Ιυδαϊκῦ πολέμυ ante dixerat. *Hist. I.* 5. ALDRICH.

[b] ΠΕΡΙ ΤΟΥ] Ita & ipse Josephus, Antiq. lib. 20. in fine & in Vita §. 6. & 74. Meminit βίβλυ ἐοδόμης τ Ιυδαϊκῶν πολέμων, ἀρχ. lib. 13. c. 3. §. 3. alibique βίβλυ δευτέρας τ Ιυδαϊκῆς πραγματείας. *Eusebius* etiam *Hist.* 11. 6. laudat τὴν β'. τ Ιυδαϊκῦ πολέμυ. idemque *Hist.* 1. 5. memorat τὴν β'. τ ἱςοριῶν τ Ιυδαϊκῦ πολέμυ. *Photius* in cod. 48. non hujusce operis titulum sed argumentum exprimit: & *Porphyrius* in l. 4. §. 11. *de Abst.* hosce libros Ιυδαϊκῆς ἱςορίας, eosdemque *Eusebius* τ ἱςοριῶν sæpe vocat. Accedit quod in libris omnibus *Versionis Rufinianæ* (& *Editis* & *MSS.*) inscribatur *de Bello Judaico*. Verum in *Græcis Flavii*, tam *manu exaratis* quam *excusis*, Ιυδαϊκῆς ἱςορίας περὶ ἁλώσεως. aut περὶ ἁλώσεως Ιυδαίας, καὶ τ μεγάλης πόλεως λόγ. α'. Ἀβλίκτῳ καὶ φράσει Ελληνικῇ. prout in *Cod. Bodlejano*; quod hæc eadem *Josephus* lingua etiam patria scripserit. Quibus perpensis, nos, dedita opera, utrumque titulum expressimus.

[c] ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ,] Περὶ τῦ πολέμυ Joseph. adverss. Apion. §. 9. Præf. Αρχ. (p. 1.) cap. 1. (§....) τ πολέμων συγγραφον, & lib. 1. (cap. 12. §.....) τ Ιυδαϊκων ἀναγραφῆς πολέμων. SPANH.

[d] ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.] Ita *Bod.* ista vox deest *cæteris*.

[e] Τὸν Ιυδαίων] Τῶν *Bod.*

[f] Εἰκαῖα] Τὸ εἰκαῖον *vulgus* infr. lib. 4. c. 5. §. 3. SPANH.

[g] Προὐθέμην] Casaub. προεθυμήθην. *Rost.* amat προεθυμήθειν. HAV. * *Al.* CAPTIVITATE.

[h] Τοῖς ἄνω βαρβάροις] Ανω βάρβαροι, quales Babylonii, Assyrii, Judæi Trans-Euphratenses mox. §. 2. SPANH. Quas gentes intelligat Josephus, ipse paulo inferius exponit: nempe Parthos, Babylonios, Arabum remotissimos, Judæos trans-Euphratenses &c. h. e. ut verbo absolvam, superioris continentis incolas. Quippe Persarum sive Parthorum rex ὁ ἄνω βασιλεὺς *Philostrato aliisque* dicitur. *Androsthenes* apud *Athenæum* l. 3. πωλεῖται περὶ Πέρσας τε (inquit) καὶ τὰς ἄνω τόπυς. & *Jos.* l. 1. contra *Ap.* κἂν τ ἄνω τόπων εἰς τὰς θαλαττίυς ὑποκαλύπτειν. *Polybius* apud *Josephum* in *Ant.* 12. 3. Σπέρας ὁρμήσας εἰς τὰς ἄνω τόπυς, ubi

mano degunt imperio, eadem narrare; ego *inquam* Josephus Matthiæ filius, Hebræus genere, ex Hierosolymis, sacerdos, qui & ipse cum Romanis initio prœliis dimicavi, & rebus deinceps gestis necessitate adactus interfui.

Qualis erat Judæorum Romanorumque status, cum cœpisset bellum.

2. Cum enim obortum esset, quemadmodum dixi, bellum hoc gravissimum, Romani quidem ex domesticis laborabant; Judæique, quotquot res novas tunc moliebantur, cum tempora essent turbulenta, seditionem moverunt, viribus pariter ac opibus florentes, adeo ut, propter tumultuum magnitudinem, hi quidem partium Orientis possidendarum spe tenerentur, illos vero earundem amittendarum metus invaderet: quoniam Judæi quidem universos, qui trans Euphratem essent, gentiles nostros secum arma capturos esse crediderant, Romani vero à Gallis finitimis subinde agitarentur, nec Celtæ quiescerent; sed plena essent omnia perturbationum mortuo Nerone, & multi quidem opportunitate arrepta imperium affectarent, militesque lucri cupidine rebus novis studerent. Itaque indignum esse duxi, ut tantarum rerum veritas sineretur in inconstantia versari; & Parthi quidem & Babylonii, Arabumque remotissimi, & populares nostri ultra Euphratem, itemque Adiabeni, mea diligentia satis accurate cognoscerent, quibus ab initiis profectum, quantisque cum cladibus gestum fuerit bellum, & quo tandem modo desierit: Græci vero, & Romanorum quotquot militiam sequuti non essent, ista nescirent, legentes quæ ab aliis aut adulandi gratia, aut mentiendi libidine conficta sunt.

Causa cur Josephus historiæ de Bello versionem adornarit.

Aliorum historicorum vitia reprehendit Josephus.

3. Atqui hujusmodi scripta historias non verentur inscribere, in quibus, præterquam quod nihil sani afferant, etiam de proposito suo mihi videntur excidere. Nam illis quidem in animo est Romanos amplificare, resque Judæorum extenuant & deprimunt: verum haud secum reputant, quî fieri possit, ut pro magnis habeantur, qui pusillos superaverint. Accedit quòd neque belli diuturnitatem respiciant; neque multitudinem militum Romanorum qui eo delassati erant; neque imperatorum magnitudinem, quorum profecto gloria minuitur, si, cum multum sudoris apud Hierosolyma pertulissent, rebus ab eis præclare gestis aliquid derogetur.

Josephi in scribendo propositum.

4. Neque tamen ego is sum, qui cum iis qui res Romanorum extollunt vicissim contendens, quæ à popularibus meis gesta erant in majus augere decreverim: sed facta quidem utriusque populi accurate persequor, in iis vero enarrandis animi affectioni aliquid tribuo, dum dolori meo in deflendis patriæ calamitatibus nonnihil indulgeo. Nam quod eam domesticæ dissensiones everterint, & in templum sacrosanctum invitas Romanorum manus atque ignem traxerint Judæorum tyranni, testis est ille à quo facta est vastatio, Titus Cæsar: qui per omne bellum populum quidem miseratus est, quod à seditiosis custodiretur; sæpe autem consulto differri passus est urbis excidium, moraque obsidioni interposuit, ut

Quænam res Judæis exitio fuerint.

βαρβάροις τῇ πατρίῳ συλλάξας ἀνέπεμψα [i] πρότερον, ἀφηγήσασθαι; [k] Ἰώσηπος Ματθίου παῖς, γένει Ἑβραῖος, ἐξ Ἱεροσολύμων, ἱερεὺς, αὐτός τε [l] Ῥωμαίοις πολεμήσας τὰ πρῶτα, καὶ τοῖς ὕστερον ἀξυστυχὼν ἐξ ἀνάγκης.

β'. Γενομένου δ', ὡς ἔφην, μεγίστου τῶνδε τῶν κινημάτων, ἐν Ῥωμαίοις μὲν ἐνῆσαν τὰ οἰκεῖα, Ἰουδαίων τε τὸ νεωτερίζον τότε τεταραγμένοις ἐπανέστη τοῖς καιροῖς, ἀκμάζον καλά τε χεῖρα καὶ χρήμασιν, ὡς δὶ ὑπόνοιαν θορύβων, τοῖς μὲν [m] ἐν ἐλπίδι κλήσεως, τοῖς δ' [n] ἐν ἀφαιρέσεως δέος γίνεσθαι τὰ πρὸς τ' ἀναστολήν· ἐπειδὴ Ἰουδαῖοι μὲν ἅπαν τὸ ὑπὲρ Εὐφράτου ὁμόφυλον ἡμῖν συνεπαρθήσεσθαι σφίσιν ἤλπισαν, Ῥωμαίους δ' οἵ τε γείτονες Γαλάται παρεκίνουν, καὶ τὸ Κελτικὸν οὐκ ἠρέμει, μετὰ δ' ἦν πάλαι θορύβων μὴ Νέρωνα, καὶ πολλοὺς μὲν [o] βασιλείαν ὁ καιρὸς ἀνέπειθε, τὰ στρατιωτικὰ δ' ἦρα μεταβολῆς ἐλπίδι [p] λημμάτων. ἄτοπον [q] οὖν ἡγησάμην περιιδεῖν πλαζομένην ἐπὶ τηλικούτοις πράγμασι τ' ἀλήθειαν, καὶ Πάρθους μὲν, καὶ Βαβυλωνίους, Ἀράβων τε τοὺς πορρωτάτω, καὶ [r] τὸ ὑπὲρ Εὐφράτου ὁμόφυλον ἡμῖν, Ἀδιαβηνούς τε γνῶναι ἀφ' ἧς ἐμῆς ἐπιμελείας ἀκριβῶς, ὅθεν τε ἤρξαλο, καὶ [s] δι' ὅσων ἐχώρησε παθῶν ὁ πόλεμος, καὶ ὅπως κατέστρεψεν, ἀγνοεῖν δὲ Ἕλληνας ταῦτα καὶ Ῥωμαίων τοὺς μὴ [t] ἐπιστρατευσαμένους, συντυγχάνοντας ἢ κολακείαις, ἢ πλάσμασι.

γ'. [v] Καίτοιγε ἱστορίας αὐτὰς ἐπιγράφειν τολμῶσιν· ἐν αἷς, πρὸς τῷ μηδὲν ὑγιὲς δηλοῦν, καὶ τοῦ σκοποῦ δοκοῦσιν ἐμοίγε ἁμαρτάνειν. βάλλονται μὲν μεγάλους μὴν τοὺς Ῥωμαίους ἀποδεικνύειν, καταβάλλουσι δὲ ἀεὶ τὰ Ἰουδαίων, καὶ ταπεινοῦσιν. οὐχ ὁρῶσι δὲ πῶς ἂν εἶναι μεγάλοι δοκοῖεν, οἱ μικροὺς νενικηκότες. καὶ ὅτε τὸ μῆκος αἰδοῦνται τοῦ πολέμου, ὅτε τὸ πλῆθος τὴν καμούσης Ῥωμαίων στρατιᾶς, ὅτε τὸ μέγεθος τῶν στρατηγῶν, οἳ πολλὰ [x] καὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἰδρώσαντες, [y] οἶμαι, ταπεινωμένῳ καὶ καθορθώμασι [z] αὐτοῖς, ἀδοξοῦσιν.

δ'. Οὐ μὴν ἐγὼ τοῖς ἐπαίρουσι τὰ Ῥωμαίων ἀνηφιλονεικῶν, αὔξειν τὰ τῶν ὁμοφύλων διέγνων· ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα [a] μετ' ἀκριβείας ἑκατέρων διέξειμι, τοὺς δ' ὑπὲρ τοῖς πράγμασι λόγους ἀναλίσκω τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ πάθεσι δίδους ἐπολοφύρεσθαι ταῖς τ' πατρίδος συμφοραῖς. ὅτι μὲν αὐτὴν φασὶ οἰκεῖα καθεῖλε, καὶ τὰς Ῥωμαίων χεῖρας ἀκούσας, καὶ τὸ πῦρ ὑπὲρ τ' ἅγιον ναὸν εἴλκυσαν οἱ Ἰουδαίων τύραννοι, μάρτυς αὐτὸς ὁ πορθήσας Τίτος Καῖσαρ. ἐν πανὶ τῷ πολέμῳ, τ' μὲν δῆμον ἐλεήσας ὑπὸ στασιαστῶν φρουρούμενον, πολλάκις δ' ἐκὼν τ' ἄλωσιν τ' πόλεως ὑπερτιθέμενος, καὶ δοὺς τῇ

ubi recte Interpres *ad mediterranea verso impetu*. Eodem sensu accipitur ἡ ἄνω χώρα *Antt.* 12. 13. αἱ ἐπάνω χῶραι 1 *Macc.* 4. 1. τὰ ἀνωτερικὰ μέρη *Act.* 19. 1. & sexcenta alia adeo ubique obvia, ut mireris id nescire tam multos. Pariter Assyrii & Babylonii sunt τὴν ἄνω Συρίαν sive mediterraneam incolentes; τῶν Ἀράβων οἱ πορρώταλοι, qui longissime absunt à mari. Idem puto voluisse *Rufinum*, qui *retro barbaris* dixit; quàm Latine non inquiro. ALDRICHIUS.

i Πρότερον,] Articulum addit *Rost.* τὸ πρότερον. HAV.

k Ἰώσηπος Ματθίου παῖς,] Euseb. H. Eccl. lib. 3. c. 9. λέγων ὁ δὲ Ἰώσηπος Ματθαλίου παῖς. SPANH.

l Ῥωμαίοις πολεμήσας] Ῥωμαίους *Big. Bod.* & *Vat.*

m Ἐν ἐλπίδι κτήσεως,] Deest ἐν *Bod.*

n Ἐν ἀφαιρέσεως] Ἀναφαιρέσεως al. MSS. SPANH. Ἀναφαιρέσεως δέει *Bod.* HUDS. *Rost.* τοῖς μὲν ἐν ἐλπίδι κτήσεως, τοῖς δὲ ἐν ἀφαιρέσεως δέει. HAV.

o Βασιλείαν] Βασιλεῖον, inf. cap. 4. §. 1. βασιλειῶνα κτείνει. SPANH.

p Λημμάτων.] Λημμάτων lucellorum Demosth. III. Olymp. 13. B. SPANH.

q Οὖν ἡγησάμην περιιδεῖν] Deest ἐν *Rost. Bod.*

r Τὸ ὑπὲρ Εὐφράτου] Conf. sup. §. 1. SPANH. Τὰς ὑπὲρ i. e. ἡμῶν Ad. γ. *Rost.* quem Codicem, ubi porro citabitur, sciat lector ab *Hudsono* non fuisse usurpatum, sed V. L. ejusdem a nobis esse adjectas. HAV.

s Δι' ὅσων ἐχώρησε] Δι' ὅσου *Big.* & *Voss.*

t Ἐπιστρατευσαμένους,] Καταστρατευσαμένους *Bod.* Καταστρεψαμένους *Rost.* ut olim conjecit *Casaubonus*. HAV.

v Καίτοιγε ἱστορίας αὐτὰς ἐπιγράφειν τολμῶσιν.] Hæc uncis inclusa desunt in MSS. *Bod. Ox.* SPANH.

x Παρὰ τοῖς Ἱεροσολύμοις] Ita *MSS.* περὶ perperam in *Bas.* & *Gen.*

y Οἶμαι,] Ellipsis est particulæ ὡς.

z Αὐτοῖς, ἀδοξοῦσιν.] *Lowthius* legit αὐτοὶ ἀδοξοῦσιν.

a Μετ' ἀκριβείας] Δι' ἀκριβείας *Bod.* & *Rost.*

b Λίγα-

τῇ πολιορκίᾳ χρόνον, εἰς μελάνοιαν τοῦ αἰτίων. εἰ δέ τις ὅσα πρὸς τοὺς τυράννους ἢ τὸ ληστρικὸν αὐτῶν καθηγορικῶς [b] λέγομεν, [c] ἢ τοῖς ἀτυχήμασι τὸ πολιτικὸν ὀπιστένοντες, συκοφαντίαν, διδότω μοι καὶ τὸ τῆς ἱστορίας νόμον συγγνώμην τοῦ πάθους. πάλιν γὰρ δὴ τὸ ὑπὸ [d] Ρωμαίοις πᾶσαν τὴν ἡμέραν ὀπὶ πλεῖστόν τε εὐδαιμονίας συνέβη προελθεῖν, καὶ πρὸς ἔσχατον συμφορῶν αὖθις καταπεσεῖν. τὰ γὰρ [e] πάντων ἀπ' αἰῶνος ἀτυχήματα, πρὸς τὰ Ιουδαίων, ἡττᾶσθαί μοι δοκεῖ κατ' σύγκρισιν· καὶ τούτων αἴτιος, οὐδεὶς ἀλλόφυλος. ὡς τε ἀμήχανον ἦν, ἀθυρμοῦ ὀπισχεῖν. εἰ δέ τις οἴκοθεν σκληρότερος εἴη δικαστὴς, τὰ μὲν πράγματα τῇ ἱστορίᾳ προσκρινέτω, τὰς δ' ὀλοφύρσεις τοῦ γράφοντι.

ε'. Καίτοιγε ὀπολιμήσαιμ' ἂν αὐτὸς δικαίως τοῖς Ελλήνων λογίοις, οἳ τηλικούτων κατ' αὐτοὺς πραγμάτων γεγενημένων, ἃ κατ' σύγκρισιν ἐλαχίστοις ἀποδείκνυσι τοὺς πάλαι πολέμους, τούτων μὲν κάθην] κρίσαι τοῖς φιλολιμοτέροις ἐπηρεάζοντες, ὧν εἰ καὶ τοῦ λόγου πλεονεκτοῦσι, λείπον] τῇ προαιρέσει. αὐτοὶ δὲ τὰ Ασσυρίων ἢ τὰ Μήδων συγγράφουσιν, ὥσπερ ἦττον καλῶς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων συγγραφέων ἀπηγγελμένα· καί τοι [f] τοσούτῳ τῶν ἐκείνων ἡττῶν] δυνάμεως ὁπόσῳ τοῦ γράφειν, ὅσῳ καὶ τῆς γνώμης. τὰ γὰρ καθ' αὑτοὺς ἐσπούδαζον ἕκαστοι γράφειν, ὅπου καὶ τὸ προσλυχεῖν τοῖς πράγμασιν ἐποίει τὴν [g] ἐπαγγελίαν ἀργῆ, καὶ τὸ ψεύδεσθαι παρ' εἰδόσιν αἰσχρὸν ἦν. τόγε μὴν μνήμῃ [h] τὰ μὴ προϊσχημένα δοῦναι, καὶ τὰ κατ' τὸν ἴδιον χρόνον τοῖς [i] μεθ' ἑαυτοὺς συνιστάναι, ἐπαίνου καὶ μαρτυρίας ἄξιον. φιλόπονον] δ', οὐχ ὁ μεταποιῶν οἰκονομίαν καὶ τάξιν ἀλλοτρίαν, ἀλλ' ὁ μηδὲν καινὰ λέγειν καὶ τὸ σῶμα τῆς ἱστορίας καλασκευάζων ἴδιον. καίγὼ μὲν ἀναλώμασι [k] καὶ πόνοις μεγίστοις, ἀλλόφυλος ὢν, Ελληνί τε καὶ [l] Βαρβάροις τὴν μνήμην τῶν καλουμένων ἀναλίθημι. τοῖς δὲ γνησίοις, πρὸς μὲν τὰ λήμματα καὶ τὰς δίκας, κέχυνεν εὐθέως τὸ στόμα καὶ ἡ γλῶσσα λέλυται]. πρὸς δὲ τὴν ἱστορίαν ἔνθα χρὴ τἀληθῆ λέγειν, καὶ μὴν πολλῶν [m] πόνων τὰ πράγματα συλλέγειν, [n] πεφίμωνται], παρέντες τοῖς ἀδενεστέροις [o] καὶ μὴ γινώσκουσι τὰς πράξεις τῶν ἡγεμόνων γράφειν. τιμάσθω δὴ παρ' ἡμῖν τὸ τῆς ἱστορίας ἀληθὲς, ἐπεὶ παρ' Ελλησιν ἀμελεῖται].

ς'. Αρχαιολογεῖν μὲν δὴ τὰ Ιουδαίων, τίνες τε ὄντες, καὶ ὅπως ἀπανέστησαν Αἰγυπτίων, χώραν τε ὅσην ἐπῆλθον ἀλώμενοι, καὶ πόσα ἔξης κατέλαβον, καὶ πῶς μεθανέστησαν, νῦν ἄκαιρον ᾠήθην εἶναι, [p] καὶ ἄλλως περιττὸν· ἐπειδὴ καὶ Ιουδαίων πολλοὶ πρὸ ἐμοῦ τὰ τῶν προγόνων συνεξάξαντο μὲν ἀκριβείας, καὶ τινες Ελλήνων, ἐκεῖνα τῇ [q] πατρίᾳ φωνῇ [r] μεταβάλλοντες, καὶ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον· ὅπου] [s] οἵ τε τούτων συγγραφεῖς ἐπαύσαντο, καὶ οἱ ἡμέτεροι προφῆται], ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν ποιήσομαι τῆς συντάξεως. τούτων δὲ τὰ μὲν καὶ ἐμαυτὸν πολέμου διεξοδικώτερον, καὶ μετ' ὅσης ἂν ἐξεργασίας [t] δύνωμαι, δίειμι· *belli* auctores resipiscerent. Quod si quis nos calumnietur ob ea quæ in tyrannos eorumque latrocinium accusatorie dicimus, vel patriæ miseriis ingemiscentes, *justo* dolori, etiamsi historiæ legem transgrediatur, veniam concedat. Nam ex omnibus civitatibus, quæ Romanorum jugum subierunt, nostræ sane contigit ad summum felicitatis perveniſſe, ac deinde in extremam calamitatem incidisse, Namque omnium ab omnis ævi memoria res adversæ, si cum iis conferantur quæ Judæis acciderunt, longe ab illis superari mihi videntur: atque nemo ex alienigenis eorum auctor exstitit. quo magis difficile erat ut à quæstibus & lamentis temperarem. Si quis autem durior, quam ut misericordia flectatur, judex adsit, res quidem historiæ velim assignet, lamentationes vero scriptori tribuat.

Judaïcarum calamitatum magnitudo.

5. Veruntamen & ego Græcorum difertos jure meritoque increpaverim, qui tantis sua ætate actis, quæ, si contentio & comparatio fiat, bella olim gesta exigua admodum reddunt, in illa quidem judices sedent aliorum studiis detrahentes, à quibus, licet eos facundia superent, proposito tamen vincuntur. Isti vero Assyriorum Medorumve res scribendas suscipiunt, quasi minus recte ab antiquis scriptoribus relatæ fuerint: quanquam tantum eorum viribus cedunt quantum instituto. Erat enim *olim* unicuique studium, quæ sua memoria facta erant literis consignare, ubi etiam illud ipsum, quod interfuissent rebus gestis, præclari operis spem faciebat, & mentiri apud scientes dedecori verteretur. Enimvero quæ non ante memorata erant memoriæ tradere, suique temporis res commendare posteris laudis testimonio dignum est. Atqui huic negotio cum studio & cura non incumbit, qui alterius ordinem & dispositionem immutat: sed qui nova dicendo integram de suo componit historiam. At ego quidem, quippe alienigena, nulli sumptui aut labori peperci, ut Græcis simul & Barbaris bellicorum facinorum memoriam commendarem. Istis autem qui indigenæ sunt, ad quæstum quidem & lites, aperta protinus sunt ora & solutæ linguæ; ad historiam vero, in qua verum dicendum est, multoque cum labore res colligendæ, os illis occlusum est, concessa imbecillioribus rerumque ignaris licentia scribendi res à principibus gestas. Colatur itaque à nobis historiæ veritas, quandoquidem à Græcis negligitur.

Græci historici res Judæorum suæ ætatis silentio præterunt.

Josephi in scribendo cura & diligentia.

6. Judæorum quidem res ab origine repetere, & qui fuerint, & quo pacto ab Ægyptiis discesserint, quasque regiones errando peragraverint, & quot loca occupaverint, & quemadmodum inde emigraverint *dicere*, haud tempus idoneum esse, & præterea supervacaneum existimavi: quoniam & multi ante me Judæi res majorum suorum satis accurate conscripserunt, & nonnulli è Græcis, easdem res patria lingua prosequentes, non multum à veritate aberrarunt. Ubi autem & isti scriptores & prophetæ nostri desierunt, inde historiæ initium sumam. Et ista quidem quæ ad bellum attinent meo tempore gestum uberius fusiusque & qua potero diligentia referam; quæ vero ætate mea

Quasnam res scripserit Josephus, & unde scribendi initium sumpserit.

---

b Λέγομεν,] *Casl.* λεγόμενον.

c Η τοῖς ἀτυχήμασι] Deest ἢ in *MSS. Lipsl.* SPANH.

d Ρωμαίοις] Ρωμαίων al. *MS. Ox.* SPANH. Ρωμαίων *Bod.*

e Πάντων ἀπ' αἰῶνος ἀτυχήματα,] Πάντα *Bod.* & *Rost.*

f Τοσούτῳ τῶν ἐκείνων] Τοσοῦτον al. *MSS. Ox.* SPANH. τὸ τοσοῦτον ἡττῶν) τῶν ἐκείνων δυνάμεως. *Rost.* Τοσοῦτον *Big. Bod.* & *Voss.* mox ὅσον solus *Bod.*

g Επαγγελίαν] Απαγγελίαν *MSS. Lipsl.* SPANH. Forte ἀπαγγελίαν. Cocc. Απαγγελίαν *Gall.*

h Τὰ μὴ] Τὰ μὴν leg. *Rufin* & *Oxon.* SPANH. Addidi hoc loco μὴν, fretus auctoritate *Vet. Interpr.* & *Cod. Bodl.* qui inter lineas eadem, ut videtur, manu, illud μὴ habet. BERN. Cocc. & HUDS.

i Μεθ' ἑαυτοὺς] Μετ' αὐτὸν *MS. Lipsl.* SPANH. Ita è *Cod. Bodl.* edidit cl. *Aldrichius*. antea erat μετ' αὐτὸν. Verum μεθ' ἑαυτὸν habet *Cod. Gall.* mox συνιστᾶν malit *Casaub.*

k Καὶ πόνοις μεγίστοις,] Transponit *Rost.* μεγίστοις καὶ πόνοις.

l Βαρβάροις] Pro κ. βαρβάροις *MS. Lipsl.* καὶ Ρωμαίοις & *Rufin.* SPANH. Ρωμαίοις *Bod. Lipsl. Vat.* & *Vet. Interpr.* Græcis ut & sacris literis *Barbari* omnes linguæ Græcæ ignari.

m Πόνων] Χρόνων *Big.* & *Voss.*

n Πεφίμωνται,] Infr. cap. 22. §. 3. πεφίμωσο τοῖς ἰμάτοις. SPANH.

o Καὶ μὴ] Καὶ μὴν δὲ *MS. Lipsl.* SPANH.

p Καὶ ἄλλως περιττὸν.] Aliter ea de re sensit Præf. Arch. lib. 1. §. 2. SPANH.

q Πατρίᾳ] Πατρῴᾳ in *Rost.* & in plerisque *MSS.*

r Μεταβαλλόντες,] Μεταβαλόντες *MS. Lipsl.* SPANH. Μεταβαλόντες in quibusdam *MSS.*

s Οἵ τε] Secundam vocalem delet *Rost.*

t Δύνωμαι,] *Rost.* ὡς δύναμαι.

mea ſunt antiquiora ſummatim breviterque percurram.

Summa eorum, quæ in libris de Bello complexus eſt.

7. Quomodo Antiochus, qui Epiphanes vocitatus eſt, cum Hieroſolyma expugnaſſet & per triennium & ſex menſes ea tenuiſſet, ab Aſamonæi filiis è regione ejicitur. Deinde ut eorum poſteri, orta inter eos de regno diſſenſione, Romanos & Pompejum ad res *diſceptandas* attraxerunt: utque Herodes Antipatri filius, Soſio in auxilium adducto, eorum principatui finem impoſuit. Tum, quemadmodum populus, mortuo Herode, ſeditionem concitarunt, Auguſto quidem Romanis imperante, Quintilio autem Varo *Judæorum* regioni præſidente: & quomodo bellum anno duodecimo imperii Neronis erupit, quæque ſub Ceſtio præſide acciderunt: & quot in *loca* Judæi ſub primos *belli* motus armis invaſerunt.

8. Item quomodo urbes finitimas communierunt; & ut Nero, poſt clades Ceſtii ductu acceptas, ſummæ rerum metuens, Veſpaſianum bello præfecit. utque ille cum filio natu maximo Judæorum in regionem ingreſſus eſt; & quantum ille Romanorum exercitum duxit, & auxiliarium quotquot per Galilæam omnem cæſi erant. atque ut urbium illorum alias quidem vi penituſque expugnavit, alias vero ad deditionem adegit. Ac ubi eò venero, quænam ſit Romanorum in acie ordinum conſervatio, & legionum diſciplina; & quanta ſit utriuſque Galilææ amplitudo, & quod ſoli ingenium, & quinam Judææ fines limiteſque; inſuper quæ regionis propria ſint, & qui lacus fonteſque in ea; quæque per ſingulas urbes captis acciderint, ſumma cum fide, ex iis quæ ipſe vidi aut pertuli, enarrabo: neque quidquam de meis calamitatibus reticebo, ut qui ad ſingula ſcientes dicturus ſim.

9. Deinde, ut, cum jam res Judæorum labefactarentur, Nero quidem diem ſupremum obit, Veſpaſianus autem, maturato in Hieroſolyma itinere, imperii gratia retrahitur; quæque ei ſigna de eo *capeſſendo* data erant, & quæ Romæ factæ mutationes; utque is invitus à militibus imperator declaratus erat. Et quomodo, eo in Ægyptum ad res univerſas adminiſtrandas digreſſo, Judæorum ſtatus ſeditionibus agitatus erat: quoque modo tyranni in eos inſurrexerunt, moxque ut illi inter ſe diſſenſerunt, *referam*.

10. Quemadmodum etiam Titus, ex Ægypto reverſus, iterum in Judæam irrupit: qualiterque copias, & quo in loco, & quantas coëgit. Et quomodo ſeditionibus laboravit urbs, cum ipſe illic adeſſet; & quot *in mœnia* fecit impreſſiones, & quantos aggeres erexit; triumque murorum ambitum, & illorum magnitudinem, urbiſque munitionum firmitatem, & fani templique diſpoſitionem; ac præterea illorum aræque dimenſiones, accurateque omnia, *quoad fieri poſſit*, *deſcribam*; feſtorum quoque dierum conſuetudines aliquot,

τὰ ὑ προγενέστερα ϛ ἐμῆς ἡλικίας [v] ὑπιδραμῶ συντόμως.

ζ'. Ὡς Αντίοχος, ὁ κληθεὶς Επιφανὴς, ἑλὼν χτ\ κράτ@ Ιεροσόλυμα, ϗ καθαχὼν ἔτεσι τρισὶ ϗ μησὶν ἓξ, ὑπὸ τ Ασαμωναίυ παίδων ἐκβάλλε) ϛ χώρας. ἔπειθ' ὡς οἱ τύτων [x] ἔγγονοι, φὶ ϛ βασιλείας ἀφεστασιάσανλες, ἐλκυσαν εἰς τὰ πράγματα Ρωμαίυς ϗ Πομπήϊον. ϗ ὡς Ηρώδης ὁ Αντιπάτρυ καθέλυσε τ δυναστείαν αὐτ\, ἐπαγαγὼν [y] Σόσιον. [z] ὅπως τε ὁ λαὸς, μ τ Ηρώδυ τελυτὴν [a] καθεστασίασεν, Αὐγύϛυ μ Ρωμαίων ἡγεμονεύντ@, [b] Κϊντιλίυ ὑ Οὐάρυ χτ\ τ χώραν ὄντ@· ϗ ὡς ἔτ\ δωδεκάτῳ ϛ Νέρων@ ἄρχης ὁ πόλεμ@ ἀνερράγη, τά τε συμβάντα χτ\ [c] Κέστιον, ϗ ὅσα φὶ τὰς πρώτας ὁρμὰς ἐπῆλθον οἱ Ιυδαῖοι τοῖς ὅπλοις.

η'. Οπως τε [d] τὰς φὶ αὐτοῖς ἐτειχίσανλο· ϗ ὡς Νέρων, ὑπὸ τοῖς Κεστίυ παίσμασι δείσας φὶ τ ὅλων. Οὐεσπασιανὸν ἐφίϛησι τ πολέμω. ϗ ὡς ὑτ@ μ ζ πρεσβυτέρυ τ παίδων εἰς τ Ιυδαίων χώραν ἐνέβαλεν, ὅση τε χρώμν@ Ρωμαίων ϛρατιᾷ, ϗ ὅσοι σύμμαχοι ἐκόπησαν εἰς ὅλιν τ Γαλιλαίαν. ϗ ὡς τ [e] πόλεων αὐτῆς ἃς μὲ [f] ὁλοχερῶς ϗ χτ\ κράτ@, ἃς ὑ δ' ὁμολογίας [g] ἔλαβεν. ἔνθα δὴ ϗ [h] τὰ φὶ ϛ τ Ρωμαίων [i] ἐν πολέμοις εὐταξίας, ϗ τ ἄσκησιν τ ταγμάτων, ϛ τε Γαλιλαίας [k] ἑκατέρας τὰ ἀφϛήματα, ϗ τ Φύσιν, ϗ τὺς ϛ Ιυδαίας ὄρυς, ἔτι τε ϛ χώρας τ ἰδιότητα, λίμνας τε ϗ πηγὰς τὰς ἐν αὐτῇ, ϗ τὰ φὶ ἑκάϛην πόλιν τ ἁλισκομένων πάθη μετ' ἀκριβείας, ὡς εἶδον ἢ ἔπαθον, διέμι. οὐδὲ γ' τ ἐμαυτῦ τὶ συμφορῶν ἀποκρύφομαι, μέλλων γε πρὸς εἰδότας ἐρεῖν.

θ'. Επειθ' ὡς ἤδη καμνόντων Ιυδαίοις τ πραγμάτων, θνήσκϛ μ Νέρων, Οὐεσπασιανὸς ὑ ὅτι Ιεροσολύμων ὡρμημέν@, ὑπὸ ϛ ἡγεμονίας ἀνθέλκε). τά τε γενόμνα φὶ ταύτης αὐτῷ σημεῖα, ϗ τὰς ὅτι Ρώμης [l] καταβάσεις, ϗ ὡς αὐτὸς ὑπὸ τ ϛρατιωτ\ ἄκων αὐτοκράτωρ [m] ἀποδείκνυ) ϗ ὡς [n] τύτυ ἀποχωρήσανλ@ ὅτι διοικήϛ τ ὅλων εἰς τ Αἴγυπλον, ἐϛασιάθη τὰ Ιυδαίων· ὅπως τε ἐπανέϛησαν αὐτοῖς οἱ τύραννοι, ϗ τὰς τύτων πρὸς ἀλλήλυς διαφοράς.

ι'. Καὶ ὡς ἄρας ἀπὸ ϛ Αἰγύπλυ Τῖτ@ δεύτερον εἰς τ χώραν ἐνέβαλεν. ὅπως τε τὰς δυνάμεις, ϗ ὁ ὅπυ, ϗ πόσας συνήγαγε. ϗ ὅπως ἐν ϛάσεως ἡ πόλις διεκείλο παρόν@ αὐτῷ, προσβολάς τε ὅσας ἐποιήσαλο, ϗ πόσα χώματα, [p] φὶ βόλυς τε τ\ τριῶν τειχῶν ϗ τὰ μέτρα τύτων, τ τε ϛ πόλεως ὀχυρότητα, ϗ ζ ἱερῷ ϗ ζ ναῷ [q] τ διάθεσιν· ἔτι ὑ ϗ τύτων ϗ ζ βωμῷ τὰ μέτρα, πάντα μετ' ἀκριβείας, ἔθη τε ἑορτ\ ἔνια, καὶ τὰς ἐπὶ ἁγνείας, καὶ τὰς τ ἱερέων λειτυργίας. ἔτι ὑ καὶ τὰς ἐδη-

τας

v Επιδραμῶ σωντόμως] *Big. Bodl. Voſſ.* ἐπιδράμην.

x Εγγονοι,] *Roſt.* ἔκγονοι.

y Σόσιον.] *Gen.* Σόσιον. Αρχ. lib. 14. c. 15. §. 9. Σοσίῳ. SPANH. Ita prout in *Antiquitatum* libris. quomodo & *Ruſinus*, & ex *Latinis* alii, *Faſtique Conſulares*. Σόσιον in pleriſque *Joſephi* libris *de Bello* tam *impreſſis* quam *MSS.* & apud *Dionem Alioſque*. Sic indifferenter Κάσσι@ vel Κάσσι@, & ejuſmodi multa ſcribuntur. BERN. & HUDS.

z Οπως τε] *Roſt.* legit ὅτ@ μέν.

a Κατεϛασίασεν,] Sic omnes fere *MSS.* κατεϛασίασαν in *Editis*.

b Κϊντιλίυ δὲ Οὐάρυ] Ita cum ipſo *Joſepho* in *Originibus* & nonnullis *MSS.* in *aliis* & *impreſſis* Κυϊντιλλίυ.

c Κεστιον,] Αρχ. lib. 20. c. 10. §. 1. Γέσσι@. SPANH.

d Τὰς φὶ αὐτοῖς] Τὺς φὶ αὐτοὺς *Bod.* & *Roſt.* atque ita forſan *Ruſinus*, qui vertit, *quoque modo accolas permunierint*.

ε'. [k] Ἐκφρων εὐθέως ἀκύσας τὸ ἀπόῤῥητον ἦν, καὶ οὐκ ἄν ποτε τὸν Ἰώσηπον ἐξαγγεῖλαι τὴν ἐντολὴν φάμενος, εἰ μὴ ἁμαρτεῖν αὐτὴν, ἐνθουσία τῷ πάθει, καὶ τὸ κοίτης [l] ἐξαλλόμενος, [m] ἀνέδην ἐν τοῖς βασιλείοις [n] ἀνειλεῖτο. κἀν τούτῳ Σαλώμη ἡ ἀδελφὴ, τὸν καιρὸν εἰς τὰς ἁμαρτολὰς ἁρπάσασα, τὸν εἰς τὸν Ἰώσηπον ἐβεβαίωσεν ὑποψίαν. [o] ὁ δὲ, ὑπ' ἀκράτυ ζηλοτυπίας ἐνμανείς, παράχρημα κτεῖναι προσέταξεν ἀμφοτέρυς. μελάνοια δ' εὐθέως εἶπέλο τῷ πάθει, καὶ ζῦμὸν πεσόντος ὁ ἔρως [p] πάλιν ἀνεζωπυρεῖτο. τοσαύτη δὲ ἦν φλεγμονὴ τῆς ἐπιθυμίας, ὡς μηδὲ τεθνάναι δοκεῖν αὐτὴν, ὑπὸ δὲ κακώσεως ὡς ζῶσαν προσλαλεῖν, μέχρι τῷ χρόνῳ διδαχθεὶς [q] τὸ πένθος ἀνάλογον καὶ λύπην ἔσχε τῇ πρὸς [r] πεῖσαν ἁμαρτέσει.

3. Ob ista, probra in Herodem jaciebat Mariamne, sororemque ejus & matrem atrocibus conviciis proscindebat. Sed illi quidem præ amore os erat occlusum. Gravis autem indignatio mulieres subiit, &, quo maxime Herodi iram concitarent, insimulabant eam adulterii; & alia multa ad fidem faciendam instruentes, eamque accusantes, quod in Ægyptum imaginem suam misisset Antonio, & ex immoderata libidine semet absentem viro ostendi curasset, mulierum desiderio furenti, & qui vim posset adhibere. Hoc ipsum, veluti fulmen *aliquod* emissum, perturbavit Herodem, maxime quidem amoris causa zelotypia inflammatum, insuperque secum reputantem Cleopatræ sævitiam, cujus gratia & Lysanias rex & Malichus Arabs erant perempti. Non enim ex eo quod conjux sibi eripienda esset, sed quod mortis discrimen adiret, periculum metiebatur. *Mariamnes insolentia.* *In eam accusatio instituta. Antt.* l. 15. c. 2. §. 6.

4. Itaque peregre profecturus, Josepho, Salomes sororis suæ marito, quem fidum habebat & ex affinitate benevolum, uxorem commendat, mandato ei clam, ut illam interficeret, si modo ipsummet occideret Antonius. Verum Josephus non maligne, sed regis amorem mulieri demonstrare volens *tam magnum esse*, ut ab ea semet ne mortuum quidem disjungi pateretur, arcanum *ei* enunciat. Atque illa, cum reversus esset Herodes, multaque inter colloquendum de suo illius desiderio juraret, quodque nunquam aliam mulierem adeo deamaret, valde, inquit, tuum erga nos amorem patefecisti mandatis Josepho datis, quibus ut me occideret præcepisti. *Herodis mandatum secretum de Mariamne occidenda, proditum à Josepho. Antt.* l. 15. c. 3. §. 6.

5. Herodes, cum arcanum audiisset, illico mentis impos erat, dicensque Josephum sua mandata non fuisse proditurum, nisi eam stuprasset, præ dolore insaniebat, atque stratis exsiliens, ultro citroque cursabat in regia. Intereaque soror ejus Salome, arrepto tempore ad criminandum, suspicionem de Josepho confirmavit. Ille vero ex immoderata zelotypia in furorem actus, è vestigio utrumque necari jussit. At continuo insaniam excipiebat pœnitentia, iraque residente amor iterum exsuscitatur. Tanta autem ejus cupiditate ardebat, ut mortuam vix aut ne vix quidem esse crederet, sed præ ægritudine eam, quasi adhuc viveret, alloqueretur; donec tempore *veriora* edoctus, luctus & mœroris magnitudine eum quo superstitem dilexerat æquavit affectum. *Ob quod Herodes ira & zelotypia accensus. Antt.* l. 15. c. 3. §. 9.

CAP.

a Πεφίμωτο] Conf. sup. Proëm. §. 5. SPANH.

b Τοῖς ἐμέροις] Conf. sup. c. 20. §. 1. SPANH.

c Καλήγορῦσαι] Καλήγορεῦσαι *MSS.* & *Basil. Ox.* SPANH.

d Ἐμπεσὼν,] Ita ad unum omnes *MSS.* ἐμπεσὸν *Bas.* & *Gen.* HUDS. *Gen.* Ἐμπεσὸν, vel ἐμπεσὼν *MSS.* SPANH.

e Μάλιχος ὁ Ἄραψ.] Vide supra cap. 18. §. 8. & *Antt.* l. 15. c. 4. ubi Lysaniam interfectum legimus; confirmante etiam *Dione* XLIX. p. 411. B. At de cæde Malichi præterquam hoc uno in loco, quod meminerim, nihil constat. ALDR.

f Ἀλλὰ θανάτῳ.] Jam enim accersiverat illum Antonius, ut de objecta sibi Aristobuli morte Laodiceæ causam diceret, *Antt.* lib. 15. c. 3. §. 5. ALDR.

g Πόθυ] Συμπαθῦς *Big. Bod. Voss. Rost.* & *Lipsi.* Συμπαθῦς *Big. Bod. Voss. Ox.* & *MS. Lipsi.* SPANH.

h Καὶ ὡς] Delet καὶ *Rost.*

i Κτεῖναί με] *Rost.* Κτεῖναι μὲν.

k Ἐκφρων εὐθέως ἀκύσας] Ἐκφρων δ' εὐθέως *Busb.*

l Ἐξαλλόμενος,] *Lugd. Bat.* Ἐξαλόμενος.

m Ἀνέδην] Conf. supra. c. 4. §. 1. ἀνέδην ὑπὸ τῆς Ἀράβων φονευόμενος. SPANH.

n Ἀνειλεῖτο.] Ita *Bas. Busb.* & *Rhed.* ἀνελεῖτο *Gen.* ἀνείλατο *Big.* ἀναλεῖτο *Bod.* HUDS. Ἀνειλεῖτο *Basil.* ἀνείλατο *Big.* ἀναλεῖτο *Bod.* SPANH.

o Ὁ δὲ, ὑπ' ἀκράτυ] Excidisse aliquid videtur quod sic supplere poteris. *Unde Herodes, immoderata zelotypia furens,* [parum abfuit quin uxorem occideret; at Josepho ne in conspectum quidem admisso mortem intulit. Rursus cum ad Cæsarem Rhodum iret, Mariamnen cum matre Alexandra Josepho alteri, quæstori suo, Soëmoque commisit; & siquid sibi mali contingeret, ut utramque tollerent imperavit. Quod cum Soëmus aliquando effutisset, temperare sibi non potuit Mariamne quin reversum Herodem signis odii manifestis exciperet: eumque propterea commotum soror ejus & mater irritabant; ne quid tamen gravius statueret intercessit Cæsaris salutatio. Post annum vero quam à Cæsare reversus est, Salomes opera Mariamne veneficii accusata est, & tormenta Eunucho ejus adhibita; qui de veneficio nihil fassus, cum offensam diceret reginam propter ea quæ Soëmus indicasset, suspicatus Herodes id indicium stupro redemptum,] *confestim utrumque jussit interfici.* Vide *Antt.* l. 15. c. 3. 4. & seqq. ALDR.

p Πάλιν] *Rost.* Αὖθις.

q Τὸ πένθος] Ita rescripsi ex conjectura. Antea erat τὸ πάθος ἀνάλογον τὴν λυπην in *Editis Aliisque.* τὸ πάθος *Voss.* τὸ τάφον legisse videtur *Rufinus*, qui vertit, *donec processu temporis funere cognito.* Nihil horum agnoscit *Bod.* HUDS. Τὸ πάθος *Voss.* sunus τάφος *Ruf.* SPANH.

r Πειῦσαν] Sic *Voss.* & *Ruf.* παρυσίαν, aut πρεσσίαν, aut πρεσσίαν in *ceteris.* HUDS. Περιῦσαν *Voss. Ruf.* Περισσίαν *Bod. Ox.* Περισσίαν *MS. Lipsi.* SPANH.

s Επει]

CAP. XXIII.

ΚΕΦ. κγ'.

Calumniæ in filios Mariamnes. Antipater iis præpositus. Eorundem accusatio apud Cæsarem, & reditus in gratiam cum Herode.

Διαβολαὶ εἰς υἱὸς Μαριάμμης. Ἀντίπατρος αὐτοῖς προτιμᾶται ὅτι Καίσαρος καληγορῆνται, ϗ αὐτοῖς διαλλάττεται Ηρώδης.

Mariamnes filii contra Herodem irritati. Antt. l. 16. c. 3. §. 1.

MAternæ autem iracundiæ *quasi* hæredes succedunt filii; &, immanitatem sceleris reputantes, non aliter patrem, quam si hostis esset, suspectum habebant, idque & antea cum Romæ in studiis versarentur, & multo magis postquam in Judæam reversi sunt. Nam una cum ætatibus illorum adolevit affectus. Posteaquam vero conjugio maturi, unus amitæ *suæ* Salomes, quæ matrem eorum accusavit, *filiam* duxerat, alter Archelai Cappadocum regis filiam, tum *quidem* odio *suo* etiam loquendi libertatem adjungebant. Ex illa autem audacia *temeraria* calumniandi ansa arrepta est, & mox apertius quidam apud regem dicebant, quod ei à filio quidem utroque struerentur insidiæ; ille vero, qui Archelai gener erat, socero fretus etiam fugam pararet, *regem* ipsum apud Cæsarem accusaturus. Herodes autem, cum criminationum satis superque accepisset, Antipatrum ex Doride susceptum, veluti propugnaculo sibi futurum adversus filios, ad se adducit, ejusque rationem modis omnibus habere cœpit.

Κληρονομῆσι δὲ τ μητρῴας οἱ παῖδες ὀργῆς, ϗ τῇ μίσους ἔννοιαν λαμβάνοντες, ὡς πολέμιον ὑφεώρων τ πατέρα, ϗ πρότερον μὲν ὅτι Ρώμης παιδευόμενοι, πλέον δὲ ὡς εἰς Ιουδαίαν ὑπέστρεψαν. συνήνδρωτο δ' αὐτῷ ταῖς ἡλικίαις ἡ ἀσθένεια. [s] ἐπεὶ δὲ γάμων ἔχοντες ὥραν, ὁ μὲν τ τηθιδοῦς Σαλώμης, ἡ τ μητρὸς αὐτῷ καληγόρησεν, ὁ δὲ ἔγημεν Αρχελάου [t] τ Καππαδοκῶν βασιλέως θυγατέρα, προσελάμβανον ἤδη τῷ μίσει ϗ παῤῥησίαν. ὀκ δὲ τ θράσους αὐτῷ ἀφορμὰς οἱ ἀσεβάλλοντες [v] ἐλάμβανον, ϗ φανερώτερον ἤδη τῷ βασιλεῖ, διελέγοντό τινες, ὡς ἐπιβουλεύοιτο μὲν ὑπ' ἀμφοτέρων τ υἱῶν. ὁ δὲ Αρχελάῳ κηδεύσας ϗ φεύγειν παρασκευάζοιτο, τῷ πενθερῷ πεποιθὼς, ἵνα ὅτι Καίσαρος αὐτῇ κατηγορήσῃ. ἀναπληθεὶς δὲ τ ἀσεβολῶν Ηρώδης, ὥσπερ ἐπιτείχισμα τοῖς υἱοῖς, κατάγει τ ὀκ δ Δωρίδος Αντίπατρον, ϗ πάντα τρόπον [x] προτιμᾷν ἄρχεται.

Herodes mirum in modum Antipatro favet. Antt. l. 16. c. 3. §. 3.

2. Illis autem intoleranda erat hæc *rerum* mutatio, cumque viderent matre privata natum *auctoritate adeo* proficere, tantos eis sua nobilitas stimulos subdidit, ut indignationem cohibere non potuerint; sed ob quodcunque, grave illis & molestum, iram suam palam faciebant. At cum illi indies magis infesto & inimico essent animo, Antipater jam studiose omnia ipse agebat, (ut qui optime norit patrem adulari, & varias in fratres suos calumnias pararet, quasdam ipsemet spargens, alias vero necessariis suis divulgandas submittens) donec spem regni omnem fratribus præciderat. nam & in testamento & aperte quoque jam ipse *designatus* erat *imperii* successor: denique tanquam rex etiam ad Cæsarem missus est, & ornatu & cætero præter diadema cultu *regio* instructus. Tempore autem *brevi* tantum gratia valuit, ut matrem suam in lecto Mariamnes collocaret: geminisque armis contra fratres usus, blanditiis & calumniis, clam effecit ut rex etiam de filiorum nece cogitaret.

Mariamnes filios male tractat, eisque insidias struit Antipater. Ibid.

β'. Τοῖς δὲ ἀφόρητος ἦν ἡ μεταβολὴ, ϗ τ ἐξ ἰδιώτιδος μητρὸς ὁρῶντες προκόπτοντα, ἀφ' τ αὐτῶν εὐγένειαν ὀκ ὀκράτων δ ἀγαναχλήσεως. ἐφ' ἑκάστῳ δὲ τ ἀναρῶν, τ ὀργὴν ἐξέφαινον. ὡς δὲ οἱ μὲν καθ' ἡμέραν προσίσταντο μᾶλλον. ὁ δὲ Αντίπατρος ἤδη ϗ [y] δι' αὐτὸν [z] ἐσπουδάζετο, δεινότατος μὲν ὢν ἐν ταῖς πρὸς τ πατέρα κολακείαις, ἀφορμὰς δὲ κτ τ ἀδελφῶν ποικίλας ἐπισκευαζόμενος, ϗ τὰ μὲν αὐτὸς λογοποιῶν, τὰ δὲ τὰς ἐπιτηδείως φημίζειν καθιείς, μέχρι παντάπασι τὰς ἀδελφὰς ἀπέῤῥηξε τ βασιλικῆς ἐλπίδος. ϗ γ' ἐν ταῖς διαθήκαις, ϗ φανερῶς αὐτὸς ἦν ἤδη ἀποδοχή. ὡς βασιλεὺς γὰρ ἐπέμφθη ϗ πρὸς Καίσαρα, τῷ τε κόσμῳ ϗ ταῖς ἄλλαις θεραπείαις, πλὴν διαδήματος, χρώμενος. χρόνῳ δὲ ἐξίσχυσεν εἰσαγαγεῖν ὅτι τ Μαριάμμης κοίτῃ τ μητέρα. δυσὶ δὲ ὅπλοις κτ τ ἀδελφῶν χρώμενος, κολακείᾳ ϗ ἀφορμῇ, τ βασιλέα ϗ ὡὲὶ θανάτῳ τ υἱῶν [a] ὑπεργάσατο.

Herodes apud Cæsarem accusat Alexandrum fratremque. Antt. l. 16. c. 4. §. 1. *Summa defensionis Alexandri. Vide Antt.* l. 16. c. 4. §. 3.

γ'. [b] Τὸν γὰρ Αλέξανδρον σύρας μέχρι Ρώμης ὁ πατὴρ, τ ἐφ' ἑαυτῷ φαρμακείας ἔκρινεν ὅτι Καίσαρος. [c] ὁ δὲ εὑρὼν μόλις ὀλοφυρμῶ παῤῥησίαν, ϗ δικαστὴν [d] ἐμπειρότερον Αντιπάτρου, ϗ Ηρώδου φρονιμώτερον, τὰ μὲν ἁμαρτήματα τοῦ πατρὸς αἰδημόνως ὑπεσείλατο, τὰς δὲ αὐτῷ ἀφορμὰς ἰσχυρῶς ἀπεδύσατο. καθαρὸν δὲ ϗ τ ἀδελφὸν ἐπιδείξας κοινωνοῦντα

s Επεὶ] Ita in omnibus *MSS.* ἐπὶ ᾧ *Baf.* & *Gen.* Huds. Επεὶ *MS. Ox.* Spanh.

t Τῆ] Ita *MS.* τ in *Impressis.* Huds. Τῆ *MS. Ox.* Spanh.

v Ελάμβανον,] *Lugd. Bat.* Διελάμβανον.

x Προτιμᾶν ἄρχε.] In hac voce interpretanda à recepta versione discessimus; nos de errore monente Cl. *L. Bos.* in *Animadv. ad Script. Gr.* c. XXI.

y Δι' αὐτὸν] Δ' αὐτὸν in *Editis.* δ' αὐτὸ *Big.* δ' ἑαυτὸν in quibusdam *MS.* Huds. Δι' αὐτὸ *Big.* & quædam *MS. Ruf.* Spanh.

z Εσπουδάζετο,] *Rosl.* ἐσπούδαζε.

a Υπεργάσατο.] *Lugd. Bat.* Απεργάσατο.

b Τὸν γὰρ Αλέξανδρον] Et Aristobulum etiam: solum tamen Alexandrum nominat *Josephus*, quod in eum præcipue (sicut alibi loquitur) tota domus tempestas incubuerit; quodque ejus partes in propulsando hoc periculo potiores essent. Aldr.

c Ο δὲ εὑρὼν μόλις] Alexandrum quidem dicit (*Originum*, p. 716.) orationem ægre inveniisse; nam & eum dolor impediebat, & indecorum erat ita patri respondere, quemadmodum res ipsa postulabat, & contra quemvis alium licuisset: sed Augustum illi judicem contigisse, non tam credulum & præcipitem, quam Herodes fuerat; quemque non posset Antipater, sicut Herodem, dolo fallere; nam ad ejus prudentiam magnus usus accesserat. Accusantibus igitur ab initio diffisus est; & nunc quoque facile intellexit, tarditatem Alexandri non ex sceleris conscientia, sed ætate, dolore, & patris reverentia profici sci. Aldr.

d Εμπειρότερον] Εμπειρότατον *Voss. Big.* & *Lipsi.* ἀπειρότατον legisse videtur *Ruf.* qui vertit, *Ille autem vix deplorandi copiam nactus, & licet apud imperitissimum judicem, tamen Herode & Antipatro prudentiorem*, &c. Huds. Εμπειρότατον *Big. MS. Lipsi.* ἀπειρότατον. *Ruf. Ox.* Spanh.

e Ως

νῦντα τ̃ κινδύνων, ὅτως ἤδη τό, τε Αντιπάτρῳ ϖὰν-
ἔργον ϗ τ̃ αὐτ̃ ἀτιμίαν ἀπωδύρετο σωήργ ὃ
αὐτῷ μ̃ καθαρᾶ ϑ σωειδότ ἡ ϖρὸς λόγους ἰσχύς·
ἦν γ̀ δὴ δεινόταλ εἰπεῖν. ϗ τὸ τελθυταῖον Φάμεν ,
[e] ὡς τῷ ϖαλρὶ κλείνειν αὐτὸς [f] ἔξιν, εἰ δὴ ϖροίθε
τὸ ἔγκλημα, ϖροήγαγε μ̀ εἰς δάκρυα ϖάντας· τ̃
ὃ Καίσαρα διέθηκεν ὅτως, ὡς ἐπιγνῶναι μ̀ αὐτ̃
τὰ [g] κατηγορημένα, ἀφαλλάξαι ὃ Ηρώδῃ εὐθέως.
αἱ ἀφαλλαγαὶ ὃ ὅπ τούτοις ἦσαν, ὥτε ἐκείνους μὲν
τῷ ϖαλρὶ ϖάντα ϖειθαρχεῖν, τ̃ ὃ τ̃ βασιλείαν καλα-
λιπεῖν ᾧ βύλε.

δ. Μετὰ ταῦτα ὃ ἀπὸ Ρώμης ὑπέστρεφεν ὁ βασι-
λεὺς, τ̃ μ̀ ἐγκλημάτων [h] ἀφηκέναι τοὺς υἱεῖς δοκῶν,
τ̃ ὃ ὑπονοίας ὅλ ἀπηλλαγμέν. ϖαρηκολούθ [i] δὲ
Αντίπατρος, ἡ γ̃ μίσους ὑπόθεσις, ἀλλ' εἰς γε τὸ φα-
νερὸν τ̃ ἀπέχθειαν ὅλ ἐξέφερε, τ̃ ἀφαλλακτὴν
αἰδύμ. ὡς δὲ τ̃ Κιλικίαν ϖλοῖ ἀπλέων κατῆρεν
[k] εἰς Ελεῦζαν, εἰστία μ̀ αὐτοὺς φιλοφρόνως Αρχέλα,
ὑπὲρ τ̃ γ̃ γαμβρᾶ σωτηρίας εὐχαριστῶν, ϗ ταῖς διαλ-
λαγαῖς ἐφηδόμ, ὡς ἂν ϗ τάχιον γεγραφὼς τοῖς
ὅπ Ρώμης φίλοις, συλλαμβάνειν ϖερὶ τ̃ δίκ Αλεξ-
άνδρῳ. ϖροπέμπ δὲ μέχρι Ζεφυρίου, δῶρα δοὺς μέ-
χρι τριάκοντα ταλάντων.

ε. Ως δὲ εἰς Ιεροσόλυμα Ηρώδης ἀφικνεῖ, συνα-
γαγὼν τ̃ λαὸν, ϗ τοὺς τρεῖς υἱεῖς ϖροσηγόμ,
ἀπελογεῖτο ϖερὶ τ̃ ἐπιδημίας· „ ϗ ϖολλὰ μ̀
„ ηὐχαρίστ τῷ Θεῷ, ϖολλὰ δὲ Καίσαρι καλαστη-
„ σαμένῳ τ̃ οἶκον αὐτ̃ τεταραγμένον, ϗ [l] μεῖζον τι
„ τοῖς υἱοῖς ϖροσχόντι τ̃ βασιλείας τ̃ ὁμόνοιαν, ἣν
„ αὐτὸς ἔφη συναρμόσω μᾶλλον. ὁ μ̀ γ̀ κύριον
„ ἐμὲ τ̃ ἀρχῆς ϗ δικαστὴν ϖροσ̃ ἀφαδόχου καλέστησεν,
„ ἐγὼ δὲ, μ̃ ϖροσ̃ συμφέροντ ἐμαυτῷ κἀκεῖνον
„ [m] ἀμειβόμ, τοῦδε τοὺς τρεῖς παῖδας ἐπι-
„ δείκνυμι βασιλέας, ϗ τ̃ γνώμης ϖρῶτον τ̃ Θεὸν
„ σύμψηφον, ἔπειτα ϗ ὑμᾶς ϖαρακαλῶ γενέ.
„ τῷ μ̀ γ̀ ἡλικία, τοῖς δὲ εὐγένεια τ̃ διαδοχὴν
„ ϖροξενεῖ. [n] τὸ γεμὸν μέγεθ τ̃ βασιλείας ἀρχεῖ
„ ϗ ϖλείοσιν. ὃς δὲ Καῖσαρ μ̀ ἤνωσε, καθίστησι δὲ
„ ϖατὴρ, ὑμεῖς τηρήσατε, μήτε ἀδίκως μήτε ἀνω-
„ μάλως τὰς τιμὰς διδόντες, ἑκάστῳ δὲ χ ϖρεσ-
„ βεῖον ὑ γ̀ τοσ̃τον εὐφρανεῖ τις τ̃ ϖαρ' ἡλικίαν
„ θεραπθόμ, ὅσον ὀδυνήσ τ̃ ἀτιμ̀μενον. ὃς
„ γεμὸν ἑκάστῳ συνεῖναι δέησ συγγενεῖς ϗ φίλους,
„ ἐγὼ ἀφανεμῶ, ϗ τ̃ ὁμονοίας ἐκείνους ἐγγυητὰς
„ καλαστήσομαι, σαφῶς ὁπιστάμ, ὅτι τὰς στά-
„ σεις ϗ τὰς φιλονεικίας γεννῶσιν αἱ τ̃ συνδιαίρι-
„ βόλων κακοήθειαι· κἂν ὦσιν ὅτοι χρηστοὶ, τηρῶσι
„ τὰς στοργάς. ἀξιῶ δὲ ὑ μόνον τούτους, ἀλλὰ ϗ

sortem sceleris purum demonstrasset, tum mox de Antipatri calliditate & de contumeliis & injuriis sibi illatis questus est. Non solum autem ipsum adjuvabat conscientia intemerata, sed & verborum vis: nam acerrimus erat in dicendo. Postremo cum dixisset, patri licere occidere eos, si scilicet crimen objiceret, fecit ut omnes quidem lachrymas profunderent; Cæsar vero ita affectus est, ut accusationem in eos institutam rejecerit, & Herodem illis reconciliarit. ea autem lege facta est reconciliatio, ut adolescentes quidem patri in omnibus obsequerentur, illi vero liberum esset regnum relinquere cui vellet. *Cæsar Herodem filiis reconciliat. Antt. l. 16. c. 4. §. 4.*

4. Post hæc igitur rex Roma reversus est, ita ut videretur filiis quidem criminationes remisisse, haud vero ab omni suspicione liber. Eum autem comitatus est Antipater odii *causa & fundamentum*; sed, reconciliatorem veritus, palam proferre inimicitias non audebat. Cæterum cum juxta Ciliciam navigans ad *insulam* Eleusam appulerit, eos quidem Archelaus convivio perhumaniter excipiebat, pro incolumitate generi gratias referens, & ob concordiam redintegratam hilaritatem suam ostendens: quippe nihil moratus amicis Romæ scripserat, ut in judicio Alexandrum adjuvarent. quin & Zephyrium usque *Herodem* deduxit, talentis etiam triginta donatum. *Herodes in reditu perhumaniter exceptus ab Archelao. Antt. l. 16. c. 4. §. 6.*

5. Postea vero quam Hierosolyma pervenit Herodes, populo convocato, tribusque filiis prope adstantibus, profectionis suæ rationem reddit: „ & multas quidem Deo gratias agebat, multas vero „ Cæsari, qui domus suæ perturbationem sedavit „ atque restinxit; &, quod regno majus est, filiis „ auctor erat concordiæ, quam ego, inquit, arctius „ adhuc coagmentare studebo. Nam is quidem me „ regni dominum & de successore *meo* judicem constituit; ego vero, quòd mei interest, illi etiam „ gratias referens, hos tres filios *meos* reges designo, „ atque huic sententiæ *meæ* primum Deum suffragatorem fieri precor, deinde & vos. namque huic „ ætas, illis generis nobilitas successionem conciliat; „ porro regni ea magnitudo est ut etiam pluribus „ sufficiat. Quos autem Cæsar conjunxit, & pater „ *sui successores* constituit, vos velim observare, ne- „ que injustis neque disparibus eos colentes honoribus, sed quemque pro nascendi ordine. non enim „ tanta quis afficiet eum lætitia qui præter ætatis „ prærogativam colitur, quantum ei, quem despicit, doloris afferet. Cæterum ex consanguineis & „ amicis, quos oportebit cum singulis versari, ego „ illis adjungam, & concordiæ sponsores constituam; ut qui probe norim, dissidia & contentiones ex malignis ingeniis eorum quibuscum agunt „ proficisci: hosque, si boni fuerint, mutuum amorem tueri. Non istos autem tantum oro & obte- „ stor, *Herodis post reditum concio ad populum. Ant. l. 16. c. 4. §. 6.*

[e] Ως τ̃ ϖατρὶ, &c.] Sensus est, hoc judicium eo valere, ut pater filios occidat. Paulo vehementius *Big.* & *Voss.* Parenti liberos interficere jucundum est, etiam judicii pompam adhibet. Sed & ἐπὶ hoc significatu insolens est, & præterea nihil horum dixisset juvenis τὰ τ̃ ϖατρὸς ἁμαρτήματα αἰδημόνως ὑποστείλας. Melius itaque *Rufinus* culpam omnem in Antipatrum conferre voluit, quamvis Josephi mentem nec ille videatur assecutus. Nisi exciderit aliquid, crediderim ita legi oportere, ὡς τῷ ϖατρὶ κτείνειν αὐτὸς ἔστιν. εἰ δὲ ϗ ϖροσίθε τὸ ἔγκλημα. ut sit Aposiopesis, quam ad hunc modum licet explicare: Potest nos pater occidere, neque mori recusamus: quod si accuset etiam parricidii, morte gravior est tanti sceleris suspicio. *Vide Antt.* l. 16. c. 4. ALDR. Quod Patri liceret eos occidere, etiamsi crimen illud non prætexeret, ut ita addatur particula μὴ. εἰ δὴ μὴ ϖρ. τ. ἐγκ. *Voss.* ϖροστίθε quod mallem. SPANH.

[f] Εστιν, εἰ δὴ] Εστιν, εἰ δὴ ϗ ϖροσίθε *Voss.* ἔστιν ἤδη, ϗ ϖροτ. *Big.* atque ita forsan *Ruf.* nisi quod ϗ post ἔγκλημα legat, in hunc modum vertens, *postremo prolocutus quod eos libenter occideret, crimen illi objecit.* Nisi exciderit aliquid (inquit *Aldrichius*) crediderim ita legi oportere, ὡς τῷ ϖατρὶ κτείνειν αὐτὸς ἔστιν. εἰ δὲ ϗ ϖροσίθε τὸ ἔγκλημα, ut sit Aposiopesis, quam ad hunc modum licet explicare: *Potest nos pater occidere, neque mori recusamus; quod si accuset etiam parricidii, morte gravior est tanti sceleris suspicio.* Vide *Antt.* l. 16. c. 4. §. 3. HUDS. Crediderim ita esse legendum, ὡς (quod hic adverbium temporis esse potest, & significare *postquam, quandoquidem*) τῷ ϖατρὶ κτείνειν αὐτὸς ἔστιν ἤδη, μὴ ϗ ϖροσίθε τὸ ἔγκλημα. ut ita dicat, liberum esse patri necis suæ relinquere arbitrium, si id ita dulce ipsi sit, modo crimen aliquod, ut causam mortis, non adjiciat. Id præter *Big.* suadere quoque videtur *Lugd. Bat.* in quo legitur ἔστιν ἤδη ϖροσίθε. Puto autem descriptores alterum ex ἤδη vel μὴ ϗ putavisse variam esse lectionem, atque ita illud μὴ ϗ omisisse, vel in δὴ ϗ, sicut etiam in εἰ δὴ illud ἤδη commutasse. HAV.

[g] Κατηγορημένα,] *Lugd. Bat.* Κατηγορέμενα.

[h] Αφηκέναι] *Lugd. Bat.* Αφίναι.

[i] Δὲ Αντίϖατρος,] Γὰρ *Voss.*

[k] Εἰς Ελεῦσαν,] Vide *Annott.* l. 16. c. 4. §. 6. De Ελεύσα insula post Corycum Strabo lib. 14. p. 671. A. *Not. Oxon.* vid. ἀρχ. lib. 16. c. 4. §. 6. SPANH. De qua Strabo *lib.* 14. *p.* 671. *A.* Εἶτ' ἡ Ελεύσα νῆσος μετὰ Κώρυκον, ϖροσκειμένη τῇ Ηπείρῳ, ἣν συνώκισεν Αρχέλαος ϗ κατεσκεύασατο βασίλειον, λαοῦν τὴν Τραχωνῖτιν Κιλικίαν ὅλην ϖλὴν Σελευκείας. ALDR.

[l] Μεῖζόν τι] *Gen.* Μεῖζόν τε.

[m] Αμειβόμενος,] Ita lego cum *Cod. Voss.* antea erat ἀμείβομαι. τοὺς δὲ τοὺς τρεῖς ϖ.

[n] Τὸ γεμὸν.] *Gen.* Τό γε μὲν.

„ ſtor, ſed & ordinum ductores in exercitu meo, ut
„ in me ſolo ſpem habeant in præſentia. Non enim
„ regnum, ſed regni honorem filiis *meis* trado: &
„ quidem jucundis, quaſi in imperio eſſent, per-
„ fruentur; rerum vero onus, tametſi nolim, meum
„ erit. Conſideret autem quiſque *veſtrum* ætatem
„ meam, vitæque inſtitutum, necnon etiam pieta-
„ tem. nam neque ſenex adeo ſum ut de mea vita
„ deſperari debeat; neque voluptatibus aſſuetus,
„ quæ & juvenum poplites ſuccidunt: quin &
„ Deum ita coluimus, ut vita quam longiſſima frui
„ non dubitemus. Quotus vero quiſque filios meos
„ obſervabit vitæ meæ exitum exſpectans, ſciat is ſe
„ propterea mihi pœnas daturum eſſe. Ego enim
„ nequaquam, ac ſi inviderem ex me genitis, impe-
„ dio, quo minus alii eos honore proſequantur; ſed
„ quòd norim, ejuſmodi ſtudia in adoleſcentibus
„ ferociam alere. Itaque ſi cogitare velint qui ad
„ eos ſe conferunt, quod, quicunque bene ſe geſſe-
„ rit, gratiam à me relatam habebit, diſſidia vero
„ ferenti nihil profuturam eſſe malitiam, etiam
„ apud eos quibus lenocinatur, omnes profecto
„ meis, hoc eſt filiorum meorum rebus, ſtudebunt.
„ Nam & ipſis expedit me regnare, meque cum illis
„ concordare. Vos autem, ô boni filii, vobiſcum
„ cogitantes ſacra naturæ vincula, quibus etiam fera
„ invicem conciliantur & amore continentur; dein-
„ de Cæſarem, qui gratiæ redintegrandæ auctor
„ erat; tertio meipſum, qui rogare malo cum poſſim
„ jubere; manete fratres. Jam inde autem vobis do
„ veſtem & cultum regium: Deumque obſecro ut
„ meum tueatur conſervetque judicium, ſi con-
„ cordes eritis. " Iſta loquutus unumquemque fi-
liorum peramanter complexus eſt, & populum di-
miſit, alios quidem precantes ut dictis reſpondeat
eventus, alios vero, qui mutationis cupidi erant,
ne audiiſſe quidem ſe quicquam ſimulantes.

Variæ populi de Herodis verbis opiniones. Antt. l. 16. c. 4. §. 6.

„ τὸς ἐν τῇ στρατιᾷ μου ταξιάρχους, ἐν ἐμοὶ μόνῳ
„ τὰς ἐλπίδας ἔχειν ὑπὲρ ὧν παρόντων. Οὐ γὰρ βα-
„ σιλείαν, ἀλλὰ τιμὴν τῆς βασιλείας τοῖς υἱοῖς δω-
„ δίδωμι. καὶ τὰ μὲν ἡδέων ὡς ἄρχουσι παλαύσουσι,
„ τὸ βάρος δὲ τῶν πραγμάτων ἐμόν ἐστι, καὶν μὴ
„ θέλω. σκεπτέσθω δὲ ἕκαστον τήν τε [p] ἡλικίαν
„ μου καὶ τὴν ἀγωγὴν τοῦ βίου, καὶ τὴν εὐσέβειαν. ὅτε γὰρ
„ ὕπως εἰμὶ γέρων, ὥστ' ἂν ἀπελπισθῆναι ταχέως,
„ οὔτε εἰς τρυφὴν ἐκδιαιτώμενον, ἢ καὶ νέους [q] ὑπο-
„ τέμεται. τό, τε θεῖον οὕτω τεθεραπεύκαμεν, ὥς
„ τε ἂν ὑπὲρ μήκιστον [r] βίου προελθεῖν. ὁ δὲ τοὺς
„ ἐμοὺς παῖδας θεραπεύων [s] ἐπὶ τῇ ἐμῇ καλαλύσει,
„ δώσει μοι καὶ δίκας εἰκείνων δίκας. ὅ γε ἐγὼ, [t] φθο-
„ νῶν τοῖς ἐξ ἐμοῦ γεγεννημένοις, ἀνακόπτω τε εἰς
„ αὐτοὺς φιλοτιμίαν· ὑπισχνέμενον δὲ τοῖς νέοις γί-
„ νεσθαι τὰς σπουδὰς θεάσους ἐφόδιον. εἴ γε μὴν
„ ἔκαστον εἰσυμηθείη τὰ προσιόντων, ὅτι χρηστὸς
„ μὲν ὢν πᾶσ' ἐμοῦ λήψεται τὰ ἀμοιβήν, στασιάζων
„ δὲ καὶ [v] τῷ θεραπευομένῳ τὸ κακόηθες ἀνό-
„ ητον ἕξει, [x] πάντας οἶμαι τὰ ἐμὰ φρονήσειν, τοῦ-
„ τοι τὰ τῶν ἐμῶν υἱῶν. καὶ γὰρ τούτοις συμφέρει κρα-
„ τεῖν ἐμὲ, [y] κἀμὲ τούτοις ὁμονοεῖν. ὑμεῖς δὲ, ὦ
„ παῖδες ἀγαθοὶ, [z] πρῶτον ἐνθυμούμενοι τὰ ἱερὰν φύ-
„ σιν, ἧς καὶ θεοὶ θηρίοις αἱ στοργαὶ μένουσιν, ἔπειτα
„ τὰ ποιησάμενον ἡμῶν τὰς διαλλαγὰς Καίσαρα,
„ τρίτον ἐμὲ τὰ ἐν οἷς ἔξεστιν ὑπιάσειν θεοῖς καλ-
„ λίστα, μένατε ἀδελφοί. δίδωμι δὲ ὑμῖν ἐσθῆτά τε
„ ἤδη καὶ θεραπείαν βασιλικήν· ἐπεύχομαι δὲ καὶ τῷ
„ Θεῷ τηρῆσαι τὰ ἐμὴν κρίσιν, ἂν ὁμονοῆτε". ταῦτα
„ εἰπὼν, καὶ φιλοφρόνως ἕκαστον καλασπασάμενος τὰ
„ υἱῶν, διέλυσε τὸ πλῆθος, τοὺς μὲν, συνευχομένους
„ τοῖς εἰρημένοις, ὅσοι δὲ ἐπεθύμουν μεταβολῆς, μηδὲ
„ ἀκηκοέναι προσποιουμένους.

CAP. XXIV.

ΚΕΦ. κδ'.

Antipatri & Doridis malitia. Propter Glaphyram inviſus Alexander. Pheroræ merito ſuſpecto, Salomæ etiam convictæ, data venia. Torquentur Herodis Eunuchi, & Alexander in vincula conjicitur.

Ἀντιπάτρου καὶ Δωρίδος κακουργία. Γλαφύρας ἕνεκα ἀπεχθῶς ἔχει Ἀλέξανδρος. Φερώρᾳ ὑπονοηθέντι καὶ Σαλώμῃ διελεγχθείσῃ δίδοται συγγνώμη. Ἡρώδου εὐνοῦχοι βασανίζονται, καὶ δεδεμένος ἄγεται Ἀλέξανδρος.

Gliſcit diſſidium in Herodis domo. Antt. l. 16. c. 7. §. 2.

FRatribus autem comes adhæſit diſſenſio; & pejora ſuſpicantes, alius de alio digreſſi ſunt. Alexander quidem & Ariſtobulus, ægre ferentes confirmatum eſſe Antipatro primogenituræ honorem, Antipater vero fratribus ſuccenſens quod ei proximi eſſent. Verum is quidem moribus varius & ſecreta novit reticere; & cum verſutus admodum eſſet, ſuum in eos odium diſſimulabat: illis vero, ex ſua nobilitate, familiare erat loqui quod ſentirent. Et multi quidem ſatagebant eos irritare, pluresque ex amicis *Antipatri* ad res explorandas ſeſe in familiaritatem eorum inſinuabant. Itaque ne verbum quidem ab Alexandro emiſſum erat, quin ſtatim apud Antipatrum eſſet, & ab Antipatro ad Herodem quibuſdam ei adſutis deferretur. Neque, ſi *recte* & ſimpliciter aliquid diceret ut adoleſcens, culpa im-

Antipatri aſtutia, & inſidiæ in filios Mariamnes. Antt. l. 16. c. 7. §. 2.

Συναπῆπτο δὲ τοῖς ἀδελφοῖς ἡ στάσις, καὶ χείρους τὰς ἐπ' ἀλλήλοις ὑπονοίας ἔχοντες ἀπηλλάγησαν. Ἀλέξανδρος μὲν καὶ Ἀριστόβουλος ὀδυνωμενοι κεκυρωμένον Ἀντιπάτρῳ [a] τὸ πρεσβεῖον, Ἀντιπατρος δὲ καὶ δι' ἑτέρων νεμεσῶν τοῖς ἀδελφοῖς. ἀλλ' ὁ μὲν, ποικιλώτατος ὢν τὸ ἦθος, ἐκεμυθεῖτο τε ἡδέως, καὶ πολλῷ τῷ πανούργῳ χρώμενος, τὸ πρὸς αὐτοὺς ἐκάλυπτε [b] μίσος· τοῖς δὲ, δι' εὐγένειαν πᾶν τὸ νοηθὲν ἦν ὑπὸ γλώσσης. καὶ παροξύνοντες μὲν ἐκείνους πολλοὶ, πλείους δὲ τῶν φίλων [c] παρεδύνοντο καλάσκοποι. πᾶν δὲ τὸ παρ' Ἀλεξάνδρου λαληθὲν εὐθέως ἦν παρ' Ἀντιπάτρου, καὶ μὴ προσθήκης μεθέπαινεν ὑπὸ Ἀντιπάτρου πρὸς Ἡρώδην. ὅτε δ' ἁπλῶς φθεγξάμενος ὁ νεανίας ἀνυπευθύνως ἦν, ἀλλ' εἰς διαβολὴν τὸ ῥηθὲν ἐτρέφε-

το,

---

o Βασιλείας] Βασιλέως *Voſſ.* HUDS. Βασιλέως *Voſſ.* SPANH.

p Ἡλικίαν μου] Illud μου e *Cod. Big.* & *Voſſ.* HUDS. Ἡλικίαν μου *Big. Ox.* SPANH.

q Ὑποτέμνεται.] *Lugd. Bat.* Ἐπιτέμνεται.

r Βίου] *Lugd. Bat.* Βίον.

s Ἐπὶ τῇ ἐμῇ καλαλύσει,] Ἐπὶ τῇ μου καταφρονήσει legiſſe videtur *Ruf.* qui vertit, *in contemptum meum.*

t Φθονῶν] Ita reſcripſi ex quibuſdam *MS.* φθόνῳ in *Editis Aliiſque.* HUDS. Φθονῶν *Big. Voſſ.* SPANH.

v Παρα τῷ θεραπευομένῳ] Παρὰ τῷ θεραπευομένῳ *MS. Lipſ.* SPANH. Ita quoque *Lugd. Bat.* Editi Παρὰ τῶν θεραπευομένων. HAV.

x Πάντας] *Lugd. Bat.* Πάντως.

y Κἀμοὶ τούτοις] Forſan κἀμοὶ τοῦτες, *mihique hos eſſe concordes.* ALDR. Κἀμοὶ τοῦτες. *Oxon.* ſeu *Aldrich.* SPANH.

z Πρῶτον] *Lugd. Bat.* Πρῶτον μεν.

a Τὸ πρεσβεῖον,] Primogenitura honorum *Oxon.* SPANH.

b Μῖσος.] Μίσος *Gen.* SPANH.

c Παρεδύνοντο] *Al.* παρεδύοντο.

d Ἐχοι]

τε, καὶ μείρακας παρρησιασαμένους μέγιστα τοῖς ἐλαχίστοις προσεπλάττετο. καθὸ καὶ Ἀντίπατρος ἀεὶ τοὺς ἐφεδρίζοντας, ὅπως αὐτὸ τὸ ψεῦδος [d] ἔχοι τὰς ἀφορμὰς ἀληθεῖς· καὶ τῶν φημιζομένων, ἔν τι διελεγχθὲν ἅπασι πίστιν ἐπελίθῃ. καὶ τῶν αὐτοῦ μὲν φίλων ἡ φύσις [e] στεγανωτάτους ἦν ἕκαστος, ἢ κατεσκευάζετο δωρεαῖς, ὡς μηδὲν ἐκφέρειν τῶν ἀπορρήτων. καὶ τὸν Αντιπάτρου βίον, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν κακίας μυστήριον. τοὺς γὰρ Αλεξάνδρου συνόντας χρήμασιν ἀλλοφθείρων, ἢ κολακείαις ὑπίων, οἷς πάντα κατειργάσατο, ἐπεποιήκει προδότας, καὶ τῶν πραττομένων ἢ λαλουμένων φῶρας. πάντα δὲ μεμιγμένους δραματουργῶν, τὰς πρὸς Ηρῴδην [f] ὁδοὺς ταῖς ἀλλοκολαῖς ἐποιεῖτο [g] τεχνικώτατος· αὐτὸς μὲν ἀδελφῷ πρόσωπεῖον ὑποκείμενος, κατιεὶς δὲ μισθωτὰς ἑτέρους. κἀπειδάν [h] ἀπαγγελθείη τι τῷ Αλεξάνδρῳ, [i] παρελθὼν ὑπεκρίνετο, καὶ ἀλλοσύρειν τὸ ῥηθὲν ἐξάμενος, ἔπειτα [k] κατεσκεύαζεν ἡσυχῇ, καὶ πρὸς ἀγανάκτησιν ἐξῆγε τὸν βασιλέα. πάντα δ' εἰς ὑποβολὴν [l] ἀνήγετο, καὶ [m] τὸ δοκεῖν τῇ σφαγῇ τοῦ πατρὸς ἐφεδρεύειν Αλέξανδρον. ὀδὲν γὰρ [n] οὕτω πίστιν ἐχορήγει ταῖς ἀλλοκολαῖς, ὡς ἀπολογούμενος Αντίπατρος ὑπὲρ αὐτοῦ.

β'. Τούτοις Ηρῴδης ἐξαγριούμενος, ὅσον [o] ὑφῆρει καθ' ἡμέραν τὸ πρὸς τὰ μειράκια στοργῆς, τοσοῦτον Αντιπάτρῳ προσετίθει. συναπέκλινον δὲ καὶ τοῦ βασίλειον, οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δὲ ἐξ ὑπιτάγματος, ὥσπερ Πτολεμαῖος ὁ τιμιώτατος τῶν φίλων, οἵ τε ἀδελφοὶ τοῦ βασιλέως, καὶ πᾶσα ἡ γενεά. πάντα γὰρ Αντίπατρος ἦν. καὶ, τὸ πικρότατον Αλεξάνδρῳ, πάντα ἦν ἡ Αντιπάτρου μήτηρ, σύμβουλος καθ' αὑτῆς, μητρυιᾶς χαλεπωτέρα, καὶ πλεῖόν τι προγόνων μισοῦσα τοὺς ἐκ βασιλίδος. πάντες μὲν οὖν ὑπὸ ταῖς ἐλπίσιν ἐθεράπευον Αντίπατρον ἤδη, συναφίστα δὲ ἕκαστον τὰ βασιλέως προστάγματα, παραγγείλαντος τοῖς τιμιωτάτοις, μήτε προσιέναι, μήτε προσέχειν [p] τοῖς περὶ Αλέξανδρον. φοβερὸς δὲ ἦν οὐ μόνον τοῖς ἐκ τῆς βασιλείας, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξωθεν φίλοις. οὐδενὶ γὰρ βασιλέων τοσαύτῃ [q] Καῖσαρ ἔδοκε τιμὴν, ὥστε τὸν ἀπ' αὐτοῦ φεύγοντα καὶ μὴ προσηκούσης πόλεως ἐξαγαγεῖν. τὰ δὲ μειράκια τὰς μὲν ἀλλοκολὰς ἠγνόει [r] παρ' ὃ καὶ μᾶλλον ἀφυλάκτως ἐνέπιπτον αὐταῖς. οὐδενὶ γὰρ ὁ πατὴρ φανερῶς ἀπεπέμφετο. συνίει δὲ κατὰ μικρὸν ἐκ [s] ψύγματος, [t] καὶ ὅτι πρὸς τὸ λυπεῖν μᾶλλον ἐτραχύνετο. διέθηκε δὲ πρὸς αὐτὰ καὶ τὸν Θεῖον Φερώραν Αντίπατρος [v] ἐχθρωδῶς, καὶ τὴν [x] τηθίδα Σαλώμην, ὡς ἂν γαμετὴν οὖσαν, καθομιλῶν ἀεὶ καὶ παροξύνων. συνήργει δὲ καὶ πρὸς τοῦτο τῆς ἀπέχθειαν ἡ Αλεξάνδρου γυνὴ Γλαφύρα, γενεαλογοῦσα τὴν αὐτῆς εὐγένειαν, καὶ ὡς πασῶν [y] τῶν καθ' τὸ βασίλειον εἴη δεσπότις, [z] κατὰ πατέρα μὲν ἀπὸ

munis erat, ſed quicquid diceretur ei crimini vertebatur; & ſicubi paulo liberior eſſet, maxima minimis *improbe* affingebantur. Semper autem qui eum provocarent ſubmittebat Antipater, ut mendacia ſua non de nihilo orta viderentur; multiſque *falſo* divulgatis, unum quid de quo compertum erat fidem omnibus faceret. Et hujus quidem amicorum quiſque aut natura ita comparatus erat ut res taceret, aut de eo ita cautum erat muneribus, ut nihil arcani enunciaret: nec erraret aliquis, ſi Antipatri vitam ſceleris myſterium appellaret. Alexandri enim familiares pecunia corrumpens, aut blanditiis ſubiens, quibus omnia expugnare conſuevit, proditores fecerat, fureſque eorum quæ gereretur dicerenturve. Cum autem * ſolerter omnia hiſtrionis more ageret, calumniis uſus via aſtutiſſima Herodem aggreſſus eſt: ipſe quidem fratris perſonam ſuſtinens, aliis vero ſubornatis qui indices fierent. Cumque aliquid *regi* nunciatum eſſet in Alexandrum, † caſu intervenire ſimulabat; atque initio ei quod dictum erat obtrectans, poſtea ‡ per otium fidem ei adſtruebat, & regem ad indignationem incitabat. Cuncta autem ad inſidias referebantur, utque neci patris imminere videretur Alexander. nihil enim majorem fidem calumniis tribuebat, quam ut Antipater eum purgaret.

2. Iſtis efferatus Herodes, quantum indies ſuo in adoleſcentes affectu detrahebat, tantum adjiciebat Antipatro. Quin & eò inclinabant aulici, alii quidem ſponte ſua, alii vero juſſu & imperio, ſicut Ptolemæus amicorum cariſſimus, regiſque fratres, & univerſa progenies. * omnia namque erat Antipater, &, quod Alexandro fuit acerbiſſimum, omnia erat Antipatri mater, quæ in eos conſulebat, *mulier* noverca difficilior, multoque plus quam privignos odio habens eos qui à regina nati erant. Sed quanquam omnes ut Antipatrum jam magis obſervarent ſpes inducebat, non minus tamen ſinguli *à fratribus* deſciſcebant juſſu regis, qui clariſſimis edixerat, ne quis † ad Alexandrum ejuſque fratrem accederet, aut ſe ad eos applicaret. Terrori autem erat non ſolum domeſticis ad regiam ſpectantibus, verumetiam externis amicis. nulli enim regum *præterquam ipſi* tantum imperium dederat Cæſar, ut fugitivos ſuos ex civitatibus non ſubjectis ei liceret educere. Adoleſcentes autem quæ crimini ſibi data erant ignorabant: propterea que incaute magis in ea *forſan* inciderent. nam pater de nemine aperte conqueſtus erat: ſed *adoleſcentes*, ex illius frigore *rem* intellexerant, quodque ad omnem moleſtiam magis exaſperabatur. Porro & Pheroram patruum inimicum illis infeſtumque reddidit *Antipater*, ut & Salomen amitam, cum ea tanquam cum uxore aſſidue ſermones miſcens & in eos inſtigans. Quin & ad hujus inimicitias *augendas* conferebat Alexandri uxor Glaphyra, multa de nobilitate ſua commemorans, cunctarumque ſe quæ in regia verſarentur dominam eſſe *dictitans*, ut quæ paternum qui-

Herodes & aulici ad Antipatrum inclinant. Ant. l. 16. c. 7. §. 2.

Glaphyra vana jactatio & ſuperbia mulieres reddit Alexandro infenſas. Ant. l. 16. c. 7. §. 2.

[d] Εχοι] Εχη *Roſt.*

[e] Στεγανώτατος] Στεγανὸν, τὸν (utrum τὸ) δυνάμενον σίγειν τὰς λόγους, καὶ μὴ ἐξαγγέλλειν. *Heſychius.* SPANH.

[f] Οδὸς] Abeſt a *Roſt.*

[g] Τεχνικωτάτας.] Forſan τεχνικωτάτας, quo modo legiſſe videtur *Ruf.* qui vertit, *cum autem caute omnia committeret, aſtutis criminationibus aditus ad Herodem moliebatur.*

[h] Απαγγελθείη] Λεχθείη in *MSS.* HUDS. Λεχθείη *MSS. Oxon.* & *MS. Lipſ.* SPANH.

[i] Παρελθὼν] Προελθὼν *Big.* HUDS. Προελθὼν *Big.* Et in Not. *Oxon.* SPANH. Παρελθὼν ὑπεκρίνετο. i. e. *caſu intervenire ſimulabat*, cum adeſſet ex condicto, præmiſſis delatoribus. ALDR.

[k] Κατεσκευάζεν ἡσυχῇ,] Κατεσκευάζετο & mox πᾶν pro πάντα in uno *MSS.*

[l] Ανήγετο,] *Roſt.* Ανήχετο.

[m] Τὸ δοκεῖν] *Roſt.* Τῇ βουλῇ.

[n] Οὕτω πίστιν] *Roſt.* Πίστιν.

[o] Υφῆρει] Ηφῄρει *Bod.* SPANH.

[p] Τοῖς περὶ Αλεξανδρον.] i. e. *Alexandro*, Periphraſi uſitatiſſima Sed non opus eſt ad ſolum *Alexandrum* referre, verum etiam ad ejus familiares. SPANH.

[q] Καῖσαρ] Abeſt a *Roſt.*

[r] Παρ' ὃ καὶ] Ita in *MSS. Baſ.* & *Gen.* HUDS. Παρ' ὃ καὶ. *MSS. Ox.* SPANH.

[s] Φύγματος,] *Roſt.* Φύγματος.

[t] Καὶ ὅτι] Ita lego cum *Caſaubono* ad *Sueton.* in *Auguſto.* Verum in *Editis* & *MSS.* καὶ πρὸς τὸ λ. & *Ruſinus* vertit, *adverſus dolorem aſperius excitabantur.*

[v] Εχθρωδῶς,] *Roſt.* Εχθρῶς.

[x] Τηθίδα] *Lugd. Bat.* Τηθιδᾶ.

[y] Τῶν καθ'] *Roſt.* Τὸ καθ'.

* Quaſi in theatro fratris perſonam circumferens, *Hegeſipp.*

† Cum adeſſet ex condicto præmiſſis delatoribus. ALDRICHIUS.

‡ *Vel*, ſecreto, tacite.

* Ita *Oxon.* SPANH.

† Ita vertere placuit, licet non ignoro, τοῖς περὶ Αλέξανδρον periphraſin eſſe uſitatiſſimam pro τῷ Αλεξάνδρῳ.

[z] Κατὰ πατέρα] Hujus Glaphyræ pater Archelaus, quem Antonius, ejecto Ariarathe, Cappadociæ regem conſtituit, nulla

quidem genus à Temeno, maternum verò à Dario Hystaspis filio duceret. Multa etiam de ignobilitate exprobrat & Herodis sorori, & uxoribus; quarum quæque propter formæ venustatem, non generis nobilitatem delecta erat. Multæ autem fuerunt, utpote quòd liceret Judæis patrio more plures habere, quodque rex pluribus delectaretur. Istis omnibus propter Glaphyræ superbiam & contumelias invisus erat Alexander.

Inimicitiæ inter Aristobulum & Salomen orta. Antt. l. 16. c. 7. §. 3.

3. Porro autem Aristobulus inter se & Salomen, ipsius licet socrum, dissidium creavit, antea etiam ex Glaphyræ maledictis ira accensam. frequenter enim uxori objiciebat generis humilitatem; quodque ipse quidem privatam, frater vero ejus Alexander reginam duxerat: id quod Salome *matri* cum fletu nunciavit filia. Adjiciebat etiam, quod idem Alexander & Aristobulus minitarentur, se, regno adepto, aliorum fratrum matres, similiter ac ancillas, textrices esse facturas, fratres vero scribas paganos; eos *scilicet* irridentes, quod diligenter literis instituti fuerint. Quibus irritata Salome, cum iram cohibere non potuisset, cuncta Herodi renunciavit. fide autem digna admodum videbatur, præsertim in iis quæ contra generum diceret. Quin & altera in vulgus unà dimanavit criminatio, quæ faces subjecit animo regis. audivit enim, ipsos crebro matrem inclamare, & ejulantes diras ei imprecari: sæpe etiam, cum ille quædam ex Mariamnes vestimentis nuperioribus divideret conjugibus, minari solitos esse, quod cito ciliciis pro vestibus regiis induerentur.

Querelas contra Mariamnes filios ad Herodem defert Salome. Antt. l. 16. c. 7. §. 3.

Herodes, Romam iturus filios ad concordiam hortatur.

4. Propter ista *Herodes* elatum licet juvenum animum subvereretur, non tamen spem sibi *omnem* abscidit, de illis ad bonam frugem reducendis. Verum eis ad se vocatis, etenim Romam navigaturus erat, pauca quidem illis minatus est ut rex, multa vero eos monuit ut pater, atque ad fratres diligendos hortabatur, illis delicta præterita condonans, ea lege ut in posterum meliores evaderent. Illi autem sese quidem à criminibus sibi objectis purgabant, ea mentita & falsa esse dicentes, suæ vero defensioni fidem ex rebus ipsis constare ajebant. atque ipsum sane debere viam obsepire fictis sermonibus, illis haud temere credendo: nunquam enim defuturos esse qui mendacia in ipsos confingent, quamdiu erunt quibus ea persuadeant.

Mariamnes filii de se sollicitii. Salomen & Pheroram sibi infensos habent Mariamnes filii. Antt. l. 16. c. 7. §. 3.

5. Cum istis eum, utpote patrem, cito placavissent, præsentem quidem metum depulerunt, de futuris vero mœsti & soliciti esse cœperunt. Etenim cognovere Salomen sibi esse infensam, & quidem patruum Pheroram: ambo autem erant *inimici*

[a] Τημάν, ἥτις μητέρα ἦν ἀπὸ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεως ἔσα. πολλὰ ἢ ὠνείδιζεν, εἰς δυσγένειαν, τήν τε ἀδελφὴν τὴν Ἡρῴδου, καὶ τὰς γυναῖκας, ὡς ἑκάστη δι' εὐμορφίαν, οὐκ ἀπὸ γένους ἠρέθη. πολλαὶ [b] δὲ ἦσαν, [c] ὡς ἂν [d] ἐφιεμένου τε πατρίως Ἰουδαίοις γαμεῖν πλείους, καὶ τοῦ βασιλέως ἡδομένου πλείοσιν. αἱ πᾶσαι, διὰ τὸ μεγάλαυχον [e] τῆς Γλαφύρας καὶ τὰς λοιδορίας, ἐμίσουν Ἀλέξανδρον.

γ'. Τὴν δὲ Σαλώμην, καίτοι πενθερὰν οὖσαν, αὐτὸς Ἀριστόβουλος ἑαυτῷ [f] διεγάσιασεν, ὠργισμένην, καὶ πρότερον ὅτι ταῖς ἐκ Γλαφύρας βλασφημίαις. ὠνείδιζε γὰρ τῇ γυναικὶ συνεχῶς τὴν ταπεινότητα, καὶ ὡς αὐτὸς μὲν ἰδιώτην, ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος γήμαι βασιλίδα. ταῦτα κλαίουσα τῇ Σαλώμῃ διήγγειλεν ἡ θυγάτηρ. προσετίθει δὲ ὅτι καὶ τὰ ἄλλων ἀδελφῶν τὰς μὲν μητέρας ἀπειλοῖεν [g] οἱ περὶ Ἀλέξανδρον, ἐπειδὰν προλάβωσι τὴν βασιλείαν, ἰσυργοὺς ἅμα ταῖς δούλαις ποιήσειν, αὐτοὺς δὲ [h] κωμῶν γραμματεῖς. [i] ὑπισχνοῦντο, ὡς παιδευομένους ὑπομελῶς. [k] πρὸς δὲ τὴν ὀργὴν ἐκαλέχουσα Σαλώμη πάντα διήγγειλεν Ἡρῴδῃ. σφόδρα δ' ἦν ἀξιόπιστος καὶ [l] γαμβρὸς λέγουσα. καί τις ἑτέρα ἀφθόλη συνέδραμεν, ἡ τὸν θυμὸν ὑπεκκαύσασα τοῦ βασιλέως. ἤκουσε γὰρ αὐτὸς συνεχῶς ἀναβοωμένου μὲν τὴν μητέρα, καὶ καλοιμώζειν δὲ ἐπαρωμένους αὐτῷ. πολλάκις δὲ, αὐτῷ [m] ἀφαδιδόντος τὴν Μαριάμμης ἐσθῆτα [n] τισὶ ταῖς μεταγενεστέραις γυναιξίν, ἀπειλεῖν, ὡς ἀντὶ τῶν βασιλικῶν ἐν τάχει φοροῦσιν ἑαυταῖς [o] ἐκ τριχῶν πεποιημένας.

δ'. Διὰ ταῦτα καί τοι τὸ φρόνημα τῶν νεανίσκων ὑποδείσας, ὅμως οὐκ ἀπέκοπτε τὴν ἐλπίδα τῆς διορθώσεως. ἀλλὰ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, καὶ γὰρ εἰς Ῥώμην ἐκπλεύσειν ἔμελλε, βραχέα μὲν ἐπείλησεν ὡς βασιλεὺς, τὰ πολλὰ δ' ἐνέτρεπεν ὡς πατὴρ, καὶ φιλεῖν τοὺς ἀδελφοὺς παρεκάλει, διδοὺς τῶν προημαρτημένων ἄφεσιν, εἰ πρὸς τὸ μέλλον ἀμείνους γένοιντο. οἱ δὲ τὰς μὲν διαβολὰς ἀπεσκευάζοντο, ψευδεῖς εἶναι λέγοντες, [p] πίστωσιν δὲ τῆς ἀπολογίας τοῖς ἔργοις ἔφασκον. δεῖν μέν τοι καὶ κατειρωνεύεσθαι τὰς λογοποιίας, τῷ μὴ πιστεύειν ῥᾳδίως. ἐπὶ γοῦν [q] τῷ παλεύειν τοὺς καταψευσομένους αὐτῶν, ἕως ἂν ὁ πειθόμενος ᾖ.

ε'. [r] Τούτοις ὡς πατέρα πείσαντες ταχέως, τὴν μὲν ἐν χερσὶ φόβον διεκρούσαντο, τὴν δὲ εἰς τὰ μέλλοντα λύπην προσελάβοντο· ἔγνωσαν γὰρ τήν τε Σαλώμην [s] ἐχθρὰν, καὶ τὸν θεῖον Φερώραν. ἦσαν δὲ βαρεῖς μὲν ἀμφότεροι καὶ χαλεποὶ,

propinquitate attingebat genus regium. Sed paternum illi genus deducebatur ab Archelais, qui cum Romanis bellum gesserant; mater erat scortum Glaphyra. Is ad Temenum genus suum quo jure referebat incertum est. Avus sese Mithridatis filium erat ante mentitus. De uxore quod meminerim nihil comperi. Vide *Strab.* XII. p. 540. D. XVII. p. 796. B. *Dionem* XLIX. p. 411. A. ALDR.

a Τημάν,] Ista, ut videtur, vera est lectio. Τημοῦν in *Editis*. Τημένης aut Τιμαΐν in *MSS.* HUDS. Τημᾶν *Big. Bod.* Τιμαΐν *Voss.* Τημοῦν vera lectio *Ox.* Τημένης *MS. Lipsi.* SPANH.

b Δι'] *Lugd. Bat.* Μὴ δι'.

c Ὡς ἂν—πλείοσιν] Apparet id ex *Deut.* XVII. 16, 17. & XXI. 15. 2 *Sam.* XII. 8. Sic legem intelligunt *Hebræi*, & *Chrysostomus* ad 1 *Cor.* XI. *Augustinus* de *Doctr. Chr.* l. III. c. 12. & *Josephus*, patriarum legum peritissimus, in *Antt.* l. 17. c. 1. §. 2. *Grotius.* Confirmat universa *Testamenti Veteris* historia. Nam quod in ea semper factum, & in nullo unquam homine reprehensum legitur, quis illud vetitum putet? Satis habemus si quod hic πάτριον appellatur, id Judæis fuerit in more positum, nec *Mosaica lege* interdictum. ALDR. Judæis licitum plures uxores ducere. Vide de Herode ἀρχ. lib. 17. c. 1. §. 2. & 3. de novem Herodis uxoribus & septem ex iis filiis vide infra c. 28. §. 4. quæ fuere 1. Antipatri Mater. 2. Pontificis Filia, è qua Herodes. 3. Pheroræ Filia. 4. Consobrina. 5. Samaritis Μαρθάκη Archelai Mater *Antt.* lib. 17. c. 12. §. 1. seu Μαλθάκη inf. c. 28. §. 4. & lib. 2. c. 3. §. 1. è qua insuper Antipas, Archelaus, & Olympias. 6. Cleopatra, è qua Herodes & Philippus. 7. Pallas è qua Phasaëlus. 8. Phædra. 9. Elpide. Eadem Zonaras de uxoribus Herodis Annal. p. 259. C. SPANH.

d Ἐφιεμένου] *Rost.* Ἀφιεμένου.

e Τῆς Γλαφύρας καὶ τὰς λοιδορίας,] Τὸ Γλαφύρας καὶ τ. λ. *Lugd. Bat.* ut *Rost.* Τῆς Γλαφ. τ' λοιδορίας.

f Διεγάσιασεν,] *Lugd. Bat.* Διέγνωσεν.

g Οἱ περὶ Ἀλέξανδρον,] Id est ipse Alexander. Ælianus in lib. V. H. & alii. HAV.

h Κωμῶν γραμματεῖς.] Κωμογραμματεῖς una voce ἀρχ. l. 16. c. 17. §. 3. SPANH.

i Ἐπισκώπτοντες,] Vox ἐπισκώπτοντες deest *Bod.* & *Rost.*

k Πρὸς δὲ τὴν] *Rost.* Πρὸς ἣν.

l Γαμβρὸς] *Rost.* Γαμβρίς.

m Διαδιδόντος] *Rost.* Διδόντος.

n Τισὶ] Τινὰς *Voss.* 1.

o Ἐκ τριχῶν πεποιημένας.] Ἐκ τριχῶν i. e. ciliciis, ut ἀρχ. lib. 16. c. 7. §. 3. Ita etiam in Not. *Oxon.* SPANH. *Rufinus* vertit, *pro regalibus deliciis nigris vestibus induerentur.* Videtur vero scriptum fuisse, *pro regalibus vestibus ciliciis nigris uterentur.* Scriptores sacri *saccos* vocant. REL. Ἐκ τριχῶν πεποιημένας. i. e. *Ciliciis*, uti recte Interpres *Antt.* XVI. 11. quomodo & hic *Rufinum*, non *deliciis* scripsisse verisimile est. Alia editio *pro regalibus deliciis factis vestibus* legit, quasi *de liciis* aliquando scriptum esset; sed *Rufinum* vix credo tam improprie loqui voluisse. ALDR.

p Πίστωσιν] Ita *Lugd. Bat.* Πιστώσασθαι *Alii.*

q Ἐπιλείψειν] Ἐπιλιψειν *MS.* SPANH.

r Τούτοις] Abest a *Rost.*

s Ἐχθράν,] Οὖσαν ἐχθρὰν *Bod.* HUDS. Οὖσαν ἐχθρὸν & *Rost.*

ἐ Ὡς

λεποὶ, Φερώρας ἢ μείζων, [t] ὃς πάσης μὲν ἐκοινώνει τῆς βασιλείας πλὴν διαδήματος, [v] προσόδου δὲ ἰδίας ἐκαλὸν εἶχε τάλαντα, τὴν δὲ πέραν Ἰορδάνου πᾶσαν ἐκαρπεῖτο χώραν, λαβὼν παρὰ τἀδελφοῦ δῶρον. ὃς αὐτὸν ἐποίησε [x] καὶ τετράρχην, αἰτησάμενος παρὰ Καίσαρος, βασιλικῶν τε γάμων ἠξίωσε συνοικήσας ἀδελφὴν τῆς ἰδίας γυναικὸς, μνᾶς δὲ τὴν ἐκείνης τελευτὴν, [y] καθωσίωσε τῇ προσευλάτῳ τοῦ αὐτοῦ θυγατέρων, ὅτι προικὶ τριακοσίοις ταλάντοις. ἀλλ' ἀπέδρα Φερώρας [z] τὸν βασιλικὸν γάμον πρὸς ἔρωτα δούλης. ἐφ' ᾧ χαλεπήνας Ἡρώδης, τὴν μὲν θυγατέρα τῷ πρὸς Πάρθων ὕστερον ἀναιρεθέντι συνέζευξεν [a] ἀδελφιδῷ. Φερώρᾳ δὲ μετ' οὐ πολὺ τὴν ὀργὴν ἀνέῃ, διδοὺς συγγνώμην τῇ νόσῳ.

ζ'. Διεβάλλετο δὲ καὶ πάλαι μὲν, ἔτι ζώσης τῆς βασιλίδος, ἐπιβουλεύειν αὐτῷ Φαρμάκοις. [b] τότε δὲ πλεῖστοι μηνυταὶ προσῆσαν, ὡς καίπερ φιλαδελφότατον [c] ὄντα Ἡρώδην, εἰς πίστιν ὑπαχθῆναι τῶν λεγομένων καὶ δέος. πολλοὺς δὲ τῶν ὑπονοίᾳ βασανίσας, τελευταῖον ἦλθεν ἐπὶ τοὺς Φερώρα φίλους. ὧν ἐπιβουλὴν μὲν ἄντικρυς ὡμολόγησεν οὐδείς, ὅτι δὲ τὴν ἐρωμένην ἁρπασάμενος εἰς Πάρθους ἀποδρᾶναι παρεσκευάζετο, συμμέτοχος δὲ ἦν σκέμματος αὐτῷ καὶ τῆς Φυγῆς [d] Κοστόβαρος ὁ Σαλώμης ἀνὴρ, ᾧ συνῴκισεν αὐτὴν ὁ βασιλεὺς [e] ἐπὶ μοιχείᾳ ἤδη πρόσθεν ἀφθαρείσῃ. ἦν δὲ ἐλευθέρα ἀφεῖτο Σαλώμῃ. καὶ γὰρ αὐτῆς Φερώρας ὁ ἀδελφὸς κατηγόρει, [f] συνθήκας περὶ γάμου ποιουμένης πρὸς Συλλαῖον, τὸν [g] Ὀβόδα τοῦ Ἀράβων βασιλέως ἐπίτροπον, ὃς ἦν ἐχθρότατος Ἡρώδῃ. [h] διελεγχθεῖσα δὲ καὶ τοῦτο, καὶ πάντα ὅσα Φερώρας ἐνεκάλει, συγγινώσκεται. καὶ αὐτὸν δὲ Φερώραν ὁ βασιλεὺς ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων.

ζ'. Μετέβαινε δὲ ἐπ' Αλέξανδρον ὁ χειμὼν τῆς οἰκίας, καὶ περὶ τοῦ ἐκείνης κεφαλὴν ὅλης [i] ἀπηρείσατο. τρεῖς ἦσαν εὐνοῦχοι τῷ βασιλεῖ τιμιώτατοι, καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἐλειτούργουν, τῷ μὲν γὰρ οἰνοχοεῖν προσετέτακτο, τῷ δὲ δεῖπνον προσφέρειν, ὁ δὲ αὐτὸν καλεκοίμιζέ τε καὶ συγκαλεκλίνετο. τούτους εἰς τὰ παιδικὰ δώροις μεγάλοις [k] ὑπήγετο ὁ Αλέξανδρος. μηνυθὲν δὲ τῷ βασιλεῖ, διελέγχοντο βασάνοις, καὶ τὰ μὲν σωφρονίαν εὐθέως ὡμολόγουν. ἐξέφερον δὲ καὶ τὰς εἰς αὐτὴν [l] ὑποχέσεις, ὃν τρόπον ἀπαλλοτριοῦν ὑπ' Αλεξάνδρου, λέγοντες, „ ὡς οὐκ ἂν Ἡρώδῃ δέοι τὰς ἐλπίδας „ ἔχειν, [m] ἀναιδεῖ γέροντι, καὶ βαπτομένῳ τὰς κό- „ μας, εἰ μὴ ἀφ' αὑτοῦ οἴονται καὶ νέον, „ αὐτῷ δὲ προσέχειν, ὃς καὶ πάλαι ἄκοντος [n] διαδέξεται τὴν βασιλείαν, οὐκ εἰς μακρὰν τε τοὺς μὲν „ ἐχθροὺς ἀμυνεῖται, τοὺς φίλους δ' εὐδαίμονας ποιή- „ σει καὶ μακαρίους, πρὸ πάντων δ' αὐτούς. εἶναι δὲ „ καὶ θεραπείαν τοῦ σώματος περὶ τὸν Αλέξανδρον „ λαθραίαν, τούς τε ἡγεμόνας καὶ στρατιωτικοῦ καὶ τοὺς „ ταξιάρχους κρύφα πρὸς αὐτὸν συνιέναι.

graves & difficiles; præsertim vero Pheroras, quippe qui omnium in regno præter diadema particeps erat, & centum talentorum reditum de suo habebat, totiusque trans Jordanem regionis fructum percipiebat, ex fratris in ipsum munificentia: qui & tetrarcham eum fecit, id quod à Cæsare petierat, regalique conjugio dignatus est, nuptui in eum collocata uxoris suæ sorore, cujus post obitum despondit ei filiarum suarum natu maximam, cum trecentorum talentorum dote. Sed regale matrimonium Pheroras, ancillæ amore captus, refugiebat. Quam ob rem iratus Herodes, filiam nuptum dedit fratris filio, qui postea à Parthis occisus erat. Non multo autem post iracundiam in Pheroram remittit, data morbo ejus & *cupiditati* venia. *Vide Antt. l. 16. c. 7. §. 3.*

6. Quin & crimini ei jam olim vertebatur, quod, dum viveret regina, voluisset eum veneno tollere. Tunc autem indices plurimi rem ad eum detulerunt, ut, quamvis fratris amantissimus esset Herodes, crederet iis quæ dicerentur, & *nonnihil* metueret. Cumque de multis, qui suspecti erant, quæstionem habuisset, postremo ad Pheroræ amicos veniebat: quorum nemo de insidiis aperte aliquid confessus est; sed quod, ea quam deperiit correpta, in Parthos se fuga recipere parasset; quodque hujus consilii & fugæ conscius fuisset Costobarus Salomes maritus, cui eam in matrimonio collocavit rex priore marito adulterii causa perempto. Sed nec Salome ita *vixerat*, *ut* ab omni criminatione libera *esset*. Nam & eam Pheroras frater accusabat, quod nuptias pacta esset cum Syllæo, Obodæ regis Arabum procuratore, quem inimicissimum habebat Herodes. Cum autem ea de re, aliisque omnibus quæ Pheroras ei objecerat, convicta essent, ei *tamen* ignoscitur: itaque ipsum etiam Pheroram de criminibus absolvit rex. *Pheroras & Salome ab Herode suspecti.* *Vide Antt. l. 16. c. 7. §. 6.* *Cum quibus tamen Herodes in gratiam redit.*

7. Domus vero tempestas in Alexandrum delata est, totaque capiti ejus incubuit. Tres erant spadones regi carissimi, * idque clarum ex ministeriis. Nam uni quidem mandatum erat vinum ei ministrare, alteri vero cœnam apponere, tertius autem eum sopiebat & cum eo concumbebat. Istos magnis muneribus, amasios sibi fieri, pellexit Alexander. Cum autem regi indicatum esset, quæstione habita rei facti sunt: & se cum eo consuetudinem habere statim confitebantur, & quibus ad eam rem inducti essent promissis aperiebant, quo modo decepti erant ab Alexandro, dicente, „ quod in Herode „ spem reponere non oporteret, sene *admodum*, cui „ rubor erat exhaustus, quique capillos tingebat, „ nisi hac de causa ipsum etiam pro juvene habe- „ rent; ejus vero partes sequi, qui & illo invito „ regnum adepturus est, & brevi quidem ab inimicis pœnas repetet, amicos vero felices faciet „ beatosque, ac præ cæteris ipsos: quin & optimates clam Alexandrum colere & observare, „ ducesque exercitus & ordinum ductores occulte eum convenire. *Nova turba in domo Herodis. Antt. l. 16. c. 8. §. 1.* *Eunuchorum de Alexandro confessio. Antt. l. 16. c. 8. §. 1.*

8. Ista

t Ος πάσης—διαδήματος,] Idem de Pherora ἀρχ. lib. 16. c. 7. §. 3. SPANH.

v Προσόδου ἰδίας] Προσόδους (προσόδους ἰδίας in *Rost.*) in plerisque *MS.* Confer de Bello l. 1. c. 17. §. 7.

x Καὶ τετράρχην,] Pherora Tetrarcha à Cæsare declaratus. ἀρχ. lib. 15. c. 10. §. 3. Idem Zonaras p. 242. C. SPANH.

y Καθωσίωσε] Nempe juxta illud Schol. Aristoph. Pluto p. 71. καθωσιώθη, τοῖς καθηκοῦσι νόμοις ἀνιερώθη. SPANH.

z Τὸν βασιλικὸν] Conf. ἀρχ. lib. 16. c. 7. §. 3. SPANH.

a Ἀδελφιδῷ.] Herodis filia nuptum data fratris filio, Josephi nempe fratris filio & inde emendo ἀρχ. lib. 18. c. 6. §. 4. Pro ἀδελφὸν fortè ἀδελφιδοῦς nempe Josephus, hujus Josephi & Salomes filius. SPANH.

b Τότε δὲ] Τῷδε πλ. *Bod.*

c Οὖσα] Abest a *Rost.*

d Κοστόβαρος] Imò Castobarus *Ox.* SPANH. Ita quoque in *Rost.* Κατόβαρος.

e Ἐπὶ μοιχείᾳ δὴ πρότερον ἀφθαρείσῃ.] Potius legendum ἐπὶ μοιχείας ὑποψίᾳ, quod suspectus esset adulterii, ut constat ex l. 15. c. 4. §. 9. HUDS. Nempe Josephus Herodis patruus. SPANH.

f Συνθήκας περὶ γάμου] *Rost.* Συνθήκης γάμου.

g Ὀβόδα] Ita cum *Rufino* ipsoque *Josepho* in *Antt.* l. 16. c. 7. §. 6. Ὀβάδας hîc loci in *Græcis* omnibus. HUDS. Ὀβόδα *Rufin. Ox.* Sic Ὀβόδας ἀρχ. lib. 16. c. 7. §. 6. Hic vero melius Ὀβάδας. SPANH.

h Διελεγχθεῖσα] Διελεγχθεῖσα. *Bod. Voss. Ox.* SPANH.

i Απηρείσατο.] Επηρείσατο *Bod.* HUDS. Επηρείσατο. *Bod. Oxon.* SPANH.

k Υπήγετο] Υπηγάγετο in *MS.* HUDS. Υπηγάγετο *MS. Oxon.* SPANH.

l Υποχέσεις,] *Rost.* Υποθέσεις.

m Ἀναιδεῖ γέροντι,] Conf. ἀρχ. lib. 16. c. 8. §. 1. SPANH.

n Διαδέξεται] Διαδέξεται in *MSS.* HUDS. *Lugd. Bat.* quoque & *Rost.* Nec scio cur repudiarit *Hudsonus*, præferens vulgatum δέξεται. HAV. Διαδέξεται *MSS. Oxon.* SPANH.

* Idque clarum ex eorum ministeriis *Ox.* SPANH. *Vel*, ex muneribus quæ obibant. in *Rufini* versione, *& ex genere famulatus neminem id latebat.*

Ex Eunuchorum confessione Herodes animo mirum in modum perturbatur. Antt. l. 16. c. 8. §. 2.

[h] Στρατείαις] Ita cum *Cod. Big.* στρατιωτικαῖς in *cæteris.*

[i] Εγ[εγυμνασμένον,] Γεγυμνασμένα *Bod.* & *Gall.*

[k] Βρεττανίαν τέως λανθάνουσαν.] Claudio principe, Vespasianus Narcissi gratia legatus legionis in Germaniam missus est: inde in Britanniam translatus, tricies cum hostie conflixit. *Sueton.* in *Vespasiano.*

rum cognitam: unde patri quoque ipſius Claudio præſtitit, ut ſudore non ſuo triumpharet.

Veſpaſianum, ut maxime idoneum, in Syriam & Judæam mittit.

3. Adeoque hinc bono omine deſumpto, cum & ſtabilem ætatem peritiâ rerum conjunctam videret, & fidei ſuæ obſides liberos, eorumque ætatem integram manus ſuppeditantem paternæ prudentiæ, forſan & Deo aliquid de univerſis præordinante, virum mittit qui cum imperio præeſſet Syriæ exercitibus, multis blanditiis, quales poſtulat neceſſitas, ad eum incitandum adhibitis & officioſis delinimentis. Ille autem ex Achaia, ubi tum cum Nerone erat, Titum quidem filium ſuum miſit Alexandriam, ut inde quintam & decimam legiones moveret. ipſe vero, trajecto Helleſponto, pedibus in Syriam pervenit: ibique Romanas copias & multa regum vicinorum auxilia congregabat.

Titus in Alexandriam miſſus:

Veſpaſianus in Syriam pervenit.

θάνεζαν· [l] ὅθεν αὐτῦ ϗ τῷ πατρὶ Κλαυδίῳ παρέσχε, χωρὶς ἱδρῶτος ἰδίου θρίαμβον καταγαγεῖν.

γ'. [m] Ταῦτά τε δὴ [n] προκληδονιζόμενος, ϗ σαθερὰν μὲν ἐμπειρίας τ ἡλικίαν ὁρῶν, μὴ ἧ πίστεως αὐτῷ τὺς υἱὺς ὅμηρον, ϗ τὰς τύτων ἀκμὰς χεῖρα τ παιτρῴας σωτείας, τάχα τι ϗ θεῖ τ ὅλων ἤδη ᾧ Θεῷ προοικονομημένης, πέμπει τ ἄνδρα [o] διαλειπόμενον τ ἡγεμονίαν τ ὑπὲ Συρίας στρατευμάτων, πολλὰ πρὸς τὸ ἐπεῖγον, οἷα κελεύουσιν αἱ ἀνάγκαι, μειλιξάμενός τε ϗ προθεραπεύσας. ὁ δὲ ἀπὸ τ Ἀχαΐας, ἔνθα συνῆν τῷ Νέρωνι, τ μὲν υἱὸν Τῖτον ἐξεῖλεν [p] ἐπ' Ἀλεξανδρείας, [q] τό τε πέμπλον ϗ τὸ δέκαλον ἐκεῖθεν ἀναστήσοντα τάγμα. περάσας δὲ αὐτὸς τ Ἑλλήσποντον, πεζὸς εἰς Συρίαν ἀφικνεῖται, καὶ εἰ τάς τε Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις [r] συνῆγε, ϗ συχνὺς πρὸς τ γειτνιώντων βασιλέων σύμμαχυς.

CAP. II.

Magna Judæorum cædes circa Aſcalonem. Veſpaſianus Ptolemaidem venit.

Judæi bellum movent, & cum copiis Aſcalonem contendunt.

JUdæi autem, poſt Ceſtii cladem inexſpectato rerum ſucceſſu elati, animorum impetus cohibere non poterant, & quaſi * fortunæ flabellis excitati bellum ulterius producere ſatagebant. Itaque ſtatim univerſi, quotquot pugnaciſſimi, congregati Aſcalonem *recta* contenderunt. Urbs *hæc* antiqua eſt, quingentis & viginti ſtadiis diſtans ab Hieroſolymis, ſemper odio habita à Judæis, ac propterea tunc primis illorum incurſibus propior fore viſa eſt. Excurſibus autem duces præerant tres viri & *corporis* robore & prudentia *omnium* eminentiſſimi, Niger *quidem* Peraïta, & Silas Babylonius, prætereaque Joannes Eſſæus. Et Aſcalon valide quidem munita fuerat: præſidiis vero fere deſtituta erat. eam quippe una *tantum* peditum cohors, & una equitum ala tuebatur, duce Antonio.

Romani, duce Antonio, cum Judæis congrediuntur.

2. Et illi quidem, ut qui ira incitati longe majori cum celeritate iter fecerant, ac ſi ex propinquo venirent, protinus aderant. Antonius vero (non enim neſciebat, jam futurum eſſe ut impetum in *urbem* facerent) equites prius eduxit, & nihil veritus aut hoſtium multitudinem aut audaciam, primam aggreſſionem fortiter ſuſtinuit, & ad mœnia irruentes propulſavit. Illi vero, belli imperiti cum peritis commiſſi, & pedites cum equitibus, incompoſiti cum denſis & confertis, & leviter armati cum militibus gravi armatura inſtructis, & majori animo quam conſilio militantes, cum dicto audientibus & uno nutu omnia facientibus dimicantes, facile profligantur. nam ut ſemel eorum primæ turbatæ erant acies, ab equitibus ſtatim in fugam vertuntur; & iis qui à tergo erant murum

ΚΕΦ. β'.

Μεγάλη Ἰουδαίων σφαγὴ περὶ Ἀσκάλωνα. Οὐεσπασιανὸς εἰς Πτολεμαΐδα ἀφικνεῖται.

ΙΟυδαῖοι δέ, μετὰ τ Κεστίου πληγὴν ἐπηρμένοι ταῖς ἀδοκήτοις εὐπραγίαις, ἀχαλίνους ἔσαν ὁρμῆς, ϗ ὥσπερ [s] ἐκπιπτιζόμενοι τῇ τύχῃ πρόσω τ πόλεμον ἐξῆγον. πᾶν γὰρ εὐθέως ὅσον ἦν μαχιμώτατον αὐτῶν ἀθροισθέντες, ὥρμησαν ἐπ' Ἀσκάλωνα. πόλις ἐστὶν ἀρχαία, τ Ἱεροσολύμων εἴκοσι πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἀπέχουσα σταδίους, αἰεὶ μὲν μίσους Ἰουδαίοις γεγενημένη, διὸ ϗ τότε ταῖς πρώταις ὁρμαῖς [t] ἐγγιεῖν ἔδοξεν. ἐξηγεῖτο δ τ καταδρομῆς τρεῖς ἄνδρες, ἀλκήν τε κορυφαῖοι ϗ σύνεσιν, [v] Νίγερ τε ὁ Περαΐτης, ϗ ὁ Βαβυλώνιος Σίλας, πρὸς οἷς Ἰωάννης ὁ Ἐσσαῖος. ἡ δ Ἀσκάλων ἐτελείχιστο μὲν καρτερῶς, βοηθείας δ ἦν ἀχεδὸν ἔρημος. ἐφορεῖτο γὰρ ὑπό τε [x] σπείρας πεζῶν, ϗ ὑπὸ μιᾶς ἴλης ἱππέων, [y] ἧς ἐπῆρχεν Ἀντωνίου.

β'. Οἱ μὲν οὖν πολὺ ταῖς [z] ἀγγαῖς συντονώτεροι ὁδεύσαντες, ὡς ἐγγύθεν ὡρμημένοι, ϗ δὴ παρῆσαν. ὁ δ Ἀντώνιος, εἰ γὰρ ἠγνόει μέλλοντας ἔτι τ ἔφοδον αὐτοῖς, [a] προεξήγαγε τὺς ἱππεῖς, ϗ οὐδὲν ὕστερον, οὔτε [b] πρὸς τὸ πλῆθος, οὔτε [b] πρὸς τ τόλμαν ὑποδείσας τ πολεμίων, καρτερῶς τὰς πρώτας ὁρμὰς [c] ἀνεδέξατο, ϗ τὺς ὀπὶ τὸ τεῖχος [d] ὠθουμένους ἀνέστειλεν. οἱ δ πρὸς ἐμπείρους [e] γε [f] πολέμων ἄπειροι, ϗ πεζοὶ πρὸς ἱππεῖς, ἀσύντακτοί τε πρὸς [g] ἡνωμένους, ϗ πρὸς ὁπλίτας ἐξηρτυμένους [h] εἰκαιότερον ὡπλισμένοι, θυμῷ τε πλέον ἢ βουλῇ στρατηγούμενοι, πρὸς εὐπειθεῖς ϗ νεύμασι πάντα πράττοντας ἀντιτασσόμενοι, πονηρῶς. ὡς γὰρ αὐτοῖς [i] ἅπαξ ἤδη συνεταράχθησαν αἱ πρῶται φάλαγγες, ὑπὸ τ ἵππου τρέπονται, ϗ τοῖς καλου-

πιν

[l] Οθεν αὐτῦ] Οθεν ϗ τῷ πατρὶ αὐτῦ *Bod.* ὅθεν αὐτῷ ϗ τῷ πατρὶ *Big.* contra quam *Ruf.* qui vertit, *unde patri quoque ipſius Claudio* &c.

[m] Ταῦτα τε] Ita *Big. Voſſ. Busb. Rhed. Gall. Vat.* & *Suidas* in v. προσκληδονιζόμενος. antea erat ταῦτά γε δή.

[n] Προκληδονιζόμενος,] Προσκληδονιζόμενος *Suid.*

[o] Διαλειπόμενον] Λειπόμενον *Big.*

[p] Ἐπ' Ἀλεξανδρείας,] Ἐπ' Ἀλεξανδρίαν *Big.* εἰς Ἀλεξανδρίαν. *Bod.* & *Roſt.*

[q] Τό τε πέμπλον] Τὸ πέμπλον *Big.* & mox τάγμαλα *Vat.*

[r] Συνῆγε,] Συνήγαγε *Big.*

[s] Ἐκπιπτιζόμενοι] Conf. ſupr. lib. 2. c. 14. §. 6. SPANH.

[t] Ἐγγιεῖν ἔδοξεν.] Ἐγγίον. *Big.*

[v] Νίγερ τε ὁ Περαίτης,] Conf. ſupr. lib. 2. c. 20. §. 4. SPANH.

[x] Σπείρας πεζῶν,] Σπείρης *Big. Bot. Vat.* & *Voſſ.*

[y] Ἧς ἐπῆρχεν Ἀντωνίου.] Ἧς ἦρχεν *Voſſ.*

[z] Ὀργαῖς συντονώτεροι ὁδεύσαντες,] Ὁρμαῖς συντονώτεροι *Big.*

[a] Προεξήγαγε τὺς ἱππεῖς,] Προεξήγαγέ τε *Big.*

[b] Πρὸς τὴν τόλμαν] Πρὸς non agnoſcit *Big.*

[c] Ἀνεδέξατο,] Ὑπεδέξατο *Big.* & *Roſt.*

[d] Ὠθουμένους ἀνέστειλεν.] Ὠθουμένους *Big.*

[e] Γε] Τε *L. B.*

[f] Πολέμων ἄπειροι,] Πολεμεῖν *Big.*

[g] Ἡνωμένους,] Ἡνωμένῃ τῇ Θαλάττῃ *Athena. lib. 7. p. 311. E.* SPANH.

[h] Εἰκαιότερον ὡπλισμένοι,] Οἱ κατώτερον *Bod.*

[i] Ἅπαξ ἤδη συνεταράχθησαν] Illud ἅπαξ deeſt *Big. Vat.* & *Voſſ.*

* Fortuna eos exagitante perciti, *Ruf.* Vide *Suidam* in voce ἐκπιπτίζεσθαι.

[k] Εἰσέρ-

πιν αὐτῶν ὅπη τὸ τεῖχος βιαζομένοις ἐπίπλουν-τες, ἀλλήλων ἦσαν πολέμιοι, μέχρι πάντες, ταῖς τῶν ἱππέων [k] εἰσβολαῖς εἰξάντες, ἐσκεδάσθησαν ἀνὰ πᾶν τὸ πεδίον. τὸ δὲ ἦν [l] πλατὺ, καὶ πᾶν ἱππάσιμον. ὃ δὴ, καὶ τοῖς Ρωμαίοις συνεργῆσαν, πλεῖστον εἰργάσατο τῶν Ιουδαίων φόνον. τούς τε γὰρ φεύγοντας αὐτῶν φθάνοντες ἐπέστρεφον, καὶ τῶν ὑπὸ ζάλης δρόμῳ συνειλυμένων διεκπαίοντες, [m] ἀπείρους ἀνῄρουν. ἄλλοι δὲ ἄλλους, [n] ὅπῃ τρέποιντο, κυκλοῦμενοι καὶ πανταχόντιζον ῥᾳδίως. καὶ τοῖς μὲν Ιουδαίοις τὸ ἴδιον πλῆθος ἐρημίαν πρὸς τὰς ἀμηχανίας καθεφαίνετο· Ρωμαῖοι δ' ἐν ταῖς εὐπραγίαις, καίπερ ὄντες ὀλίγοι τῷ πολέμῳ, καὶ περιουσίαν σφᾶς αὐτοὺς ὑπελάμβανον. καὶ τῶν μὲν προσφιλονεικούντων τοῖς πολεμίοις, αἰδοῖ τε φυγῆς ταχείας καὶ μεταβολῆς ἐλπίδι, τῶν ἢ μὴ κοπιώντων ἐν οἷς εὐτύχουν, παρέτεινεν ἡ μάχη μέχρι δείλης, ἕως ἀνῃρέθησαν μὲν [o] μύριοι τῶν Ιουδαίων ἀριθμὸν ἄνδρες, καὶ δύο τῶν ἡγεμόνων, Ιωάννης τε καὶ Σίλας· οἱ λοιποὶ δὲ τραυματίαι τὸ πλέον, σὺν τῷ περιλειπομένῳ τῶν ἡγεμόνων Νίγερι, τῆς Ιδουμαίας εἰς πολίχνιόν τινα, [p] Σάλλις καλεῖται, συνέφυγον. ὀλίγοι δέ τινες καὶ τῶν Ρωμαίων ὅπῃ τῆσδε τῆς παρατάξεως ἐτρώθησαν.

γ'. Οὐ μὴν [q] οἱ Ιουδαῖοι τηλικαύτῃ συμφορᾷ κατεπλάγησαν τὰ φρονήματα. μᾶλλον δὲ αὐτοῖς τὸ πάθος ἤγειρε τὰς τόλμας. [r] ὑπερορῶντές τε τοὺς ἐν ποσὶ νεκροὺς, ἐδηλεάζοντο τοῖς προτέροις καλορθώμασιν ὅπῃ πλησμονὴν δευτέραν. ἁλιπόντες γὰρ ἐδὲ ὅσον [s] ἰάσασθαι τὰ τραύματα, καὶ τὴν δύναμιν πᾶσαν ὅπισυλλέξαντες, [t] ὀργιλώτεροι καὶ πολλῷ πλείους ἐπαλινδρόμουν ὅπῃ τὴν Ασκάλωνα. παρεῖπετο δὲ αὐτοῖς, [v] μὴ τὸ ἀπειρίας καὶ τῶν ἄλλων πρὸς πόλεμον ἐλαττωμάτων, ἡ πρότερα τύχη. τῷ γὰρ Αντωνίῳ τὰς [x] παρόδους προλοχίσαντες, ἀδόκητοι ταῖς ἐνέδραις ἐμπεσόντες, καὶ ὑπὸ τῶν ἱππέων πρὶν εἰς μάχην συνιέναι κυκλωθέντες, πάλιν πίπτουσι μὲν ὑπὲρ ὀκτακισχιλίους· οἱ λοιποὶ δὲ πάντες ἔφυγον, σὺν οἷς καὶ Νίγερ, πολλὰ μὲν τῇ φυγῇ [y] εὐτολμίας ὅπλα ἐπιδειξάμενος ἔργα· [z] συνελαύνοντο δ' ἦν, προσκειμένων τῶν πολεμίων, εἴς τινα πύργον ὀχυρὸν κώμης [a] Βεζεδὲλ καλουμένης. οἱ δὲ περὶ τὸν Αντώνιον, ὡς μήτε τρίβολον περὶ τὸν πύργον ὕλα δυσάλωτον, μήτε ζῶντα τὸν ἡγεμόνα καὶ γενναιότατον τῶν πολεμίων περιίδοιεν, ὑποπιμπρᾶσι τὸ τεῖχος. Φλεγομένῳ δὲ τῷ πύργῳ, Ρωμαῖοι μὲν ἀναχωροῦσι γεγηθότες, ὡς διεφθαρμένῳ καὶ Νίγερι. ὁ δὲ, εἰς τὰ μυχαίτατον τοῦ φρουρίου σπήλαιον καταπηδήσας ἐκ τοῦ πύργου, διασώζεται, καὶ [b] μεθ' ἡμέραν τρίτην τοῖς μετ' [c] ὀλοφυρμοῦ πρὸς κηδείαν αὐτὸν ἐρωτῶσιν ὑποφθέγγεται. προελθὼν δὲ, χαρᾶς ἀνελπίστου πάντας ἐπλήρωσεν Ιουδαίους, ὡς προνοίᾳ θεοῦ σωθεὶς αὐτοῖς σταλητὸς εἰς τὰ μέλλοντα.

δ'. Οὐεσπασιανὸς δὲ, τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Αντιοχείας· ἡ μητρόπολις δέ ἐστι τῆς Συρίας, [d] μεγέθους

versus urgentibus incidentes, sibi invicem hostes erant, donec omnes, incursibus equitum cedentes, per omnem campum dispersi erant. iste autem amplus & totus equitatui commodus. quod cum Romanos etiam plurimum juvaret, effecit ut Judæorum magna strages ederetur. Nam & illos qui fugerent prævertendo, cursum in eos flectebant; & ex iis qui è fuga se congregassent innumeros transfixos perimebant. Alii vero alios, quocunque se verterent, in orbem agentes & exagitantes sagittis facile confecerunt. Et Judæis quidem suorum multitudo, quod de salute desperarent, pro solitudine habebatur: Romani vero prosperis elati, * licet ad pugnam pauci essent, tamen se satis superque habere existimabant. Et illis quidem res adversas superare contendentibus, quod & puderet eos cito fugere, & fortunam in melius mutari sperarent, Romanis autem dum feliciter res cederent minime delassatis, ad seram usque vesperam pugnatum est, donec è Judæis quidem perempti fuerant viri numero ad decem millia, duoque duces Joannes & Silas; cæteri vero plerique saucii, cum Nigro, qui unus restabat ex ducibus, in quandam Idumææ urbeculam, cui nomen Sallis, confugerunt. Quin & è Romanis nonnulli in isto prælio vulnerati erant.

Magna Judæorum strages.

Decem millia Judæorum peremptа, in quibus Joannes & Silas duces.

3. Veruntamen Judæi nequaquam tanta clade accepta cecidere animis; sed ex iis quæ passi sunt major illis crevit audacia. & mortuos ante pedes jacentes nihil morati, rebus jam ante prospere gestis ad cladem alteram alliciebantur. Itaque parvo tempore interjecto, quod ne curandis quidem vulneribus satis esset, copiisque suis omnibus undique collectis, majori cum indignatione multoque plures ad Ascalonem recurrebant. Illos autem, præter rei militaris imperitiam aliaque quibus in bello gerendo laborabant vitia, eadem quæ prius sequuta est fortuna. Nam cum Antonius transitus insidiis jam ante occupasset, ex improviso in eas inciderunt *Judæi*; & ab equitibus circundati, priusquam instructa esset acies, iterum quidem cadunt ad octo millia & amplius: cæteri vero omnes in fugam se conjiciebant, inque his Niger, multis dum fugeret magnæ audaciæ facinoribus editis: cumque instarent hostes, compelluntur in turrim bene munitam vici cujusdam, cui nomen Bezedel. Antonius vero cum suis, ne tempus tereretur circa turrim captu difficilem, & ne ducem superstitem eundemque hostium fortissimum sinerent effugere, ignem muro subjiciunt. Cum autem turris conflagraret, Romani quidem gaudio exsultantes discedunt, ac si Niger etiam periisset. Ille vero, cum ex turri in abditissimum castelli specus desiliisset, servatur; triduoque post cum socii lachrymantes eum ut sepeliretur quærerent, eos inferne alloquitur: egressusque gaudio insperato Judæos omnes complevit, tanquam Dei providentia servatus qui eos in posterum duceret.

Iterum ad pugnam se parant Judæi.

Octo millia hostium cæsi, fugantur.

Niger dux ex incendio castelli salvus evasit.

4. Vespasianus autem, † assumpto secum exercitu ex Antiochia (quæ Syriæ metropolis est, magnitu-

Vespasianus ex Antiochia ad Pto-

---

k Εἰσβολαῖς εἰξάντες,] Ἐμβολαῖς *Big.* & *Voss.* ἐκπιλαῖς *Gall.* & *Vat.*

l Πλατὺ,] Πολὺ *Big.* & forsan *Ruf.* apud quem, *qui fuit plurimus.*

m Ἀπείρους] *Rost.* ἀλλήλους.

n Ὅπη] Ὅποι *Big.*

o Μύριοι τῶν Ιουδαίων] Μύριοι τὸν ἀριθμὸν Ιουδαῖοι ἄνδρες *Bod.*

p Σάλλις καλεῖται,] Σάλις *Bod.*

q Οἱ Ιουδαῖοι] Articulum οἱ omittunt *Big.* & *Voss.*

r Ὑπεροράντες τε] Ὑπερορῶντες δὲ τοὺς *Big.*

s Ἰάσασθαι] Ἰᾶσθαι *Lipsi. MS.* SPANH. Ἰᾶσθαι *Voss.* & *Lipsi.*

t Ὀργιλώτεροι καὶ πολλῷ] Ὀργιλώτερον καὶ πολὺ πλ. *Big.* & *Voss.* ὀργιλώτεροι δὲ πολὺ πλ. *Bod. Rost.* & *Vat.*

v Μῆλα τὸ ἀπειρίας] Μήλει τε τὸ *Big.*

x Παρόδους] *Rost.* προόδους.

y Εὐτολμίας] *Euripid. Mede. v.* 469. ὦ ἐὐτολμία. Conf. infr. c. 5. §. 1. SPANH.

z Συνελαύνοντο δ' ἦν,] Συνελαύνοντο) προσκειμένων *Big.* in *Rufini* versione, *& quoniam hostes instarent, in turrim quandam tutissimam compelluntur* &c.

a Βεζεδὲλ καλουμένης.] Βαδιζὲλ *Big.* in plerisque *Rufini* libris *Baldezel.*

b Μεθ' ἡμέραν τρίτην] Μεθ' ἡμέρας τρεῖς *Big.*

c Ὀλοφυρμοῦ] Ὀλοφυρμοῦ *Big.*

d Μεγέθους τε] Ita *Big. Vat.* & *Ruf.* μεγέθους ὕστερα in *ceteris.*

* Aliter verti potest, Græca distinguendo ad hunc modum; καίπερ ὄντες ὀλίγοι, τῷ πολέμῳ καὶ &c.

† Antiochiam exercitum ducens, *Ruf.*

lemaidem properat.

gnitudine ſimul aliaque felicitate tertium ſine dubio, inter urbes terrarum orbis Romanæ ditionis, locum obtinens) ubi etiam regem Agrippam cum omnibus ſuis viribus adventum ejus exſpectantem offenderat, Ptolemaïdem ire contendebat. Atque apud iſtam civitatem ei occurrunt Galilæi Sepphorin habitantes, *pacique iſtic ſtudentes. qui nec ſuæ ſalutis, nec Romanorum potentiæ improvidi, antequam veniret Veſpaſianus, Ceſtio Gallo fidem dederant † & ab eo viciſſim acceperant, præſidiumque militare ſuſceperant. Cæterum tunc, cum ducem benigne admodum excepiſſent, alacriter ſeſe etiam cum illis contra populares ſuos belli ſocietatem inire pollicebantur. Quibus Veſpaſianus tunc, cum id poſtulaſſent, in præſidium dat equites totidem pediteſque, quot reſiſtendo fore arbitrabatur incurſibus, ſi quid præter ſolitum moverent Judæi. non enim ſe parvum bello futuro diſcrimen adire exiſtimabat, ſi ſibi auferretur Sephoris, civitas Galilææ maxima, & in loco *natura* munitiſſimo exſtructa, quæque genti univerſæ foret præſidio.

A Sepphoritis benigne excipitur Veſpaſianus.

τε ἕνεκα καὶ τῆς ἄλλης εὐδαιμονίας, [e] τρίτον [f] ἀδηρίτως ὅπῃ τῆς ὑπὸ Ρωμαίοις οἰκουμένης ἔχουσα τόπον. ἔνθα κατ' ὀάσης τὴν ἰδίας ἰσχύος ἐκδεχόμενον αὐτῷ τὴν ἄφιξιν καὶ Ἀγρίππαν τὸν βασιλέα καλειλήφει, ὅτι Πτολεμαΐδος ἠπείγετο. καὶ [g] κατ' ταύτην ὑπαντῶσιν αὐτῷ τὴν πόλιν, οἱ τῆς Γαλιλαίας Σεπφώριν νεμόμενοι, τὸν τῆδε εἰρηνικὰ φρονοῦντες. οἱ καὶ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, καὶ τῆς Ρωμαίων ἰσχύος οὐκ ἀπρονόητοι, πρὶν ἀφικέσθαι Οὐεσπασιανόν, Κεστίῳ Γάλλῳ πίστεις τε ἔδοσαν, καὶ δεξιὰς ἔλαβον, καὶ παρεδέξαντο φρουράν. τότε γεμὴν, [h] φιλοφρόνως ἐκδεξάμενοι τὸν ἡγεμόνα, [i] προθύμως σφᾶς αὐτοὺς ὑπέσχοντο καὶ τῶν ὁμοφύλων συμμάχους. οἷς ὁ στρατηγὸς ἀξιώσασι, τέως πρὸς ἀσφάλειαν ἱππεῖς τε καὶ πεζοὺς παραδίδωσιν, ὅσους ἀνθέξειν ταῖς καταδρομαῖς, εἴ τι Ιουδαῖοι παρακινοῖεν, ὑπελάμβανεν. καὶ γὰρ οὐδὲ μικρὸν ἐδόκει τὸ κινδύνημα πρὸς τὸ μέλλοντα πόλεμον, [k] ἀφαιρεθῆναι [l] τὴν Σεπφώριν, μεγίστην μὲν οὖσαν τῆς Γαλιλαίας πόλιν, ἐρυμνοτάτῳ δὲ [m] ἐπειλισμένην χωρίῳ, καὶ φρουρὰν ἄλυσ ἔθνους ἐσομένην.

II. **CAP III.**

Deſcriptio Galilææ, Samariæ, & Judææ.

Situs Galilearum

DUÆ autem ſunt Galilææ, una Inferior, altera Superior appellata, eaſque Phœnice & Syria circundant. A ſolis quidem occaſu *eas* diſterminat Ptolemais territorii ſui finibus, atque Carmelus, olim quidem Galilæorum, nunc autem Tyriorum mons; cui adhæret Gaba, urbs equitum dicta, quod equites ab Herode rege dimiſſi illic habitent. A meridie autem Samaris & Scythopolis uſque ad fluenta Jordanis. Ab oriente vero eam terminant Hippene & Gadaris, atque ipſa Gaulanitis, ‡ regnique Agrippæ fines. Septentrionalia autem ejus Tyrus claudit, & Tyriorum regio. Inferioris quidem Galilææ longitudo extenditur à Tiberiade uſque ad Zabulon, cui in maritimis vicina eſt Ptole-

Galilæa utriuſque longitudo & latitudo.

ΚΕΦ. γ'.

Ἐκφρασις Γαλιλαίας, Σαμαρείας, καὶ Ιουδαίας.

ΔΥΟ δ' οὔσας τὰς Γαλιλαίας, τήν τε ἄνω, καὶ τὴν κάτω [n] προσαγορευομένην, περιέχει μὲν ἡ Φοινίκη καὶ Συρία. διορίζει δὲ ἀπὸ μὲν δύσεως ἡλίου [o] Πτολεμαὶς τοῖς τῆς χώρας [p] τέρμασι, καὶ Κάρμηλος, τὸ πάλαι μὲν Γαλιλαίων [q] νῦν δὲ Τυρίων ὄρος. ᾧ προσέχει [r] Γαβὰ πόλις ἱππέων, ἔτως [s] ἀγορευομένη, διὰ τὸ τοὺς ὑφ' Ηρῴδου τοῦ βασιλέως ἀπολυομένους ἱππεῖς ἐν αὐτῇ καθοικεῖν. ἀπὸ δὲ μεσημβρίας, Σαμαρίς τε, καὶ Σκυθόπολις μέχρι τοῦ Ιορδάνου [t] ῥείθρων. πρὸς ἕω δὲ [v] Ἱππηνή τε [x] καὶ Γαδαρὶς ἀποτέμνει, [y] καὶ ἡ Γαυλανῖτις αὐτῇ, καὶ τῆς Ἀγρίππα βασιλείας [z] οἱ ὅροι. τὰ [a] προσάρκτια δὲ αὐτῆς Τύρῳ τε καὶ Τυρίων χώρᾳ [b] παράκειται. καὶ τὰ μὲν κάτω καλουμένης Γαλιλαίας, ἀπὸ Τιβεριάδος μέχρι [c] Ζαβουλὼν, ἧς ἐν τοῖς παραλίοις

λίοις

---

e Τρίτον] *Roſt.* Romam nempe & Alexandriam. SPANH. & REL.

f Ἀδηρίτως—τόπον.] Ασυγκρίτως *Bod.* & *Roſt.* Vide *Ph. Berterii* Pithanæ Diatrib. 2. p. 147.

g Κατὰ ταύτην ὑπαντῶσιν] Καθ' αὐτὴν *Big.*

h Φιλοφρόνως ἐκδεξάμενοι] Conf. ſupr. Antt. lib. 12. c. 4. §. 9. SPANH.

i Προθύμως] Ita *Big. Vat. Busb.* & *Rhed.* προθύμους in *Editis Aliiſque.*

k Ἀφαιρεθῆναι] *L. B.* ἀθαιρεθεῖσαν.

l Τὴν Σεπφώριν—πόλιν] Conf. de Vita §. 45. SPANH.

m Ἐπειλισμένην] Ἐπιτειχισμένῳ *Big.* ἐτειχισμένην *L. B.*

n Προσαγορευομένην,] Προσαγορεύουσας *Big.*

o Πτολεμαὶς] *Ptolemais.* Hic videtur extra Galilæam collocari, uti & lib. III. c. 5. Ubi Veſpaſianus volens invadere Galilæam, ex Ptolemaide profectus dicitur. Appellatur tamen noſtro alibi Civitas Galilææ, ab ortu habens montes Galilææ, ab auſtro Carmelum montem, a ſeptentrione cincta altiſſimo monte, Scala Tyriorum dicto. vid. lib. II. c. 9. de bello. Et revera Acco (ita enim olim hæc urbs dicta fuit) ad tribum Aſer pertinuit, adeoque ad Galilæam. Sed poſtea quam maximam partem a gentibus inhabitaretur, videtur earum urbibus accenſita. Huc facit quod Noſter in Antiq. XII. 1. narrat Galilæos conqueſtos fuiſſe ſe a Ptolemaide, Tyro & Sidone infeſtari. & de Carmelo monte mox idem tradit olim Galilæorum fuiſſe, poſtea Tyriorum. REL.

p Τέρμασι,] Τέλμασι *Gall.* & *L. B.*

q Νῦν δὲ Τυρίων ὄρος.] *Roſt.* ὄρος νῦν δὲ Τυρίων.

r Γαβὰ] Conf. ſupr. lib. 2. c. 18. §. 1. SPANH. Ita lego cum *Rufino.* nec longe abeſt *Pſeudo-Hegeſippus*, apud quem, *Gabaa civitas, quæ Judæis quondam cauſa gravis exitii fuit.* Γάμαλα in *Editis Aliiſque.* Γάβολα *Big.* Γάβολα *Lipſ.* Γαβόλων *Vat.* & *Voſſ.* Videſis in Vita §. 24. HUDS. *Gaba* legendum eſt non *Gamala*, quæ Carmelo non fuit vicina. Gaba erat in confiniis Ptolemaïdis, uti ſcribit *in Vita.* REL.

s Ἀγορευομένη,] *Roſt.* προσαγορευομένη.

t Ῥείθρων.] Ναμάτων *Big.*

v Ἱππηνή τε] Conf. ſupr. lib. 2. c. 18. §. 5. SPANH. *Hippene & Gadaris.* Duas urbes Hippos & Gadara trans Jordanem erant ſitæ non longe a ſe invicem. Gadara quidem a Tiberiade diſtabat ſtadiis 60. Hippos 30. uti Joſephus ſcribit in Vita. & erant πόλεις Ελληνίδες, uti ait Ant. XVII. 13. REL.

x Καὶ Γαδαρὶς] Γαδάροις *Big.*

y Καὶ ἡ Γαυλανῖτις αὐτῇ,] Καὶ τῇ Γαυλανίτιδι ταύτῃ *Vat.* & *Big.* & *L. B.* in quo abeſt ταύτῃ καὶ.

z Οἱ ὅροι.] Illud οἱ non agnoſcunt *Big.* & *Bod.*

a Προσαρκτία ἧ αὐτῆς] Προσαρκτικὰ *Big.* πρὸς ἀρκτίαι *Bod.*

b Παράκειται.] *Roſt.* Sed manu. ſec. περαίωται.

* Soli mente pacata, *Ruf.*

† Dextraſque junxerant, *Ruf.*

‡ *Regnique Agrippæ fines.* Quum duo fuerint Agrippæ, alter Ariſtobuli filius, alter nepos, quorum utrique partes terræ Iſraeliticæ paruerunt, obſervandum eſt hic agi de poſteriore, cui Claudius Tetrarchiam Philippi, Nero partem Galilææ dedit, ſc. Tiberiada, Taricheam, Juliada & propinquos ei 14. vicos. vid. Ant. XX. 5. Nam alter Agrippa poſſedit præter Galilæam, Trachonitin, Ituræam, Peræamque, ipſam Judæam & Samariam. REL.

c Ζαβουλὼν,] *Gelen.* Zabulon. em. Chabulonem ἀφ. lib. 8. c. 5. §. 3. & ſupr. lib. 2. c. 18. §. 9. SPANH. Ita lego, partim ex pag. 925. & *Bocharto* in lib. 2. de *Phœnicum coloniis*, c. 4. & partim ex *Relando* in *Paleſtina* S. p. 129. antea lectum erat & diſtinctum, μέχρι Χαβουλῶνος, ἐν τοῖς παραλίοις, Πτολεμαΐδος γείτων τὸ μ. Pro Χαβουλὼν autem Ζαβουλὼν facit *Rufinus*, ut & *Big. Lugd. Bat.* & *Bod.* eoſque ſequitur *L. Cappellus* in *Hiſt. Jud.*

λίοις Πτολεμαΐς γείτων, τὸ μῆκος ἐκλείνει. πλατύνει δὲ ἀπὸ [d] ὄρους τοῦ Μεγάλου πεδίου κειμένης κώμης, [e] ἣ [f] Ξαλὼθ καλεῖται, μέχρι [g] Βηρσάβης, ἣ καὶ ἡ ἄνω Γαλιλαία εἰς εὖρος ἔχει μέχρι Βακὰ κώμης. αὕτη δὲ τὴν τῶν Τυρίων γῆν ὁρίζει. μηκύνει δὲ μέχρι [h] Μηρὼθ ἀπὸ Θελλᾶ κώμης Ἰορδάνου γείτονος.

β'. Τηλικαῦται δὲ οὖσαι τὸ μέγεθος, καὶ τοσούτοις ἔθνεσιν ἀλλοφύλοις κεκυκλωμέναι, πρὸς πᾶσαν ἀεὶ πολέμου πεῖραν ἀντέχον. μάχιμοί τε ἐκ νηπίων, καὶ πολλοὶ πάντοθε Γαλιλαῖοι, καὶ οὔτε δειλία πώποτε τοὺς ἄνδρας, οὔτε [i] λειπανδρία τὴν χώραν καθέσχεν, ἐπειδὴ [k] πίων τε πᾶσα καὶ εὔβοτος, καὶ δένδρεσι παντοίοις [l] καλάφυτος, ὡς ὑπὸ τῆς εὐπαθείας προσκαλέσασθαι καὶ τὴν ἥκιστα γῆς φιλόπονον. [m] προσηκήθη γοῦν ὑπὸ τῶν οἰκητόρων πᾶσα, καὶ μέρος αὐτῆς οὐδὲν ἀργόν. ἀλλὰ καὶ πόλεις πυκναί, καὶ τὸ τῶν κωμῶν πλῆθος πανταχοῦ πολυάνθρωπον διὰ τὴν [n] εὐθηνίαν, ὡς τὴν ἐλαχίστην ὑπὲρ πεντακισχιλίους πρὸς τοῖς μυρίοις ἔχειν οἰκήτορας.

γ'. Καθόλου δὲ, εἴ τῳ μεγέθει τις ἐλαττώσειε τὴν Περαίας τὴν Γαλιλαίαν, [o] προέλοιτο δ' ἂν τῇ δυνάμει. ἡ μὲν γὰρ ὄργυιὰ, [p] ὅλη, καὶ συνεχὴς ὅση καρποφόρος. ἡ Περαία δὲ, πολὺ μὲν μείζων, ἔρημος δὲ καὶ τραχεῖα τὸ πλέον, πρός τε καρπῶν [q] ἡμέρων αὔξησιν ἀγριωτέρα. τὸ γεμὴν μαλθακὸν [r] αὐτῆς καὶ πάμφορον, καὶ τὰ πεδία δένδρεσι καλάφυλα ποικίλοις, τὸ πλεῖστον δὲ εἰς ἐλαίαν τε καὶ ἄμπελον καὶ φοινικῶνας ἤσκηται, ἀρδομένη χειμάρροις τε τοῖς ἀπὸ τῶν ὀρῶν καὶ πηγαῖς ἀεννάοις ἄλις, εἴ ποτε ἐκεῖνοι σειρίῳ φθίνοιεν. μῆκος μὲν οὖν αὐτῆς ἀπὸ Μαχαιροῦντος εἰς Πέλλαν, εὖρος δὲ ἀπὸ Φιλαδελφείας μέχρις Ἰορδάνου. καὶ [s] Πέλλη μέν, [t] ἣν προειρήκαμεν, τὰ πρὸς ἄρκτον ὁρίζει, τὰ πρὸς ἑσπέραν δὲ [u] Ἰορδάνης· μεσημβρινὸν δὲ αὐτῆς πέρας ἡ Μωαβῖτις, καὶ πρὸς ἀνατολὴν Ἀραβία τε καὶ [v] Σιλβωνίτιδι πρὸς δὲ [w] Φιλαδελφηνῇ καὶ [x] Γεράσοις ἀπολήγει.

δ'. Ἡ δὲ Σαμαρεῖτις χώρα, μέση μὲν ἔστι Ἰουδαίας καὶ ἡ Γαλιλαίας· ἀρχομένη δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ Μεγάλῳ πεδίῳ κειμένης [y] Γιναίας ὄνομα κώμης, ἐπιλήγει δὲ Ἀκραβατίνων τοπαρχίας. φύ-

mais. Latitudine autem patet à vico Xaloth nuncupato, qui in Magno campo situs est, usque ad Bersaben; unde etiam Galilææ superioris latitudo incipit usque ad Baca vicum: qui Tyriorum terram *à Galilæa* dirimit. Latitudo vero ejus à Thella vico Jordani proximo usque ad Meroth protenditur.

Galilæarum fertilitas.

2. Cum autem utræque tanta fuerint magnitudine, & tot gentibus alienigenis circundatæ, omni semper belli periculo resistebant. Nam & ab infantia pugnaces & ubique numero abundantes Galilæi; & neque formido unquam viros occupavit, neque eorum penuria regio laboravit: quoniam tota pinguis & pascua est, & omne genus arboribus consita, ita ut vel minime studiosos agriculturæ ubertate sua alliciat. Omnis itaque ab habitantibus exculta est, & nulla ejus pars otiosa. Quin & urbes frequentes, & crebri vici ubique populosi propter soli bonitatem, ut qui sit minimus supra quindecim millia incolarum habeat.

Galilæa comparata cum Perææ.

3. In summa autem, si quis Galilæam Perææ faciat magnitudine cedere, erit sane ut huic viribus & potentia eam præferat. Universa enim culta est, & passim quidem fructuum ferax. Perræa autem multo major; at pleraque quidem aspera atque deserta est, & agrestior quam ut alat fructus mansuetiores. Cæterum solum molle in ea admodum est ferax, camposque habet variis arboribus consitos, maximè vero occupatum & cultum est oleis & vineis & palmetis, irrigatum etiam torrentibus è *proximis* montibus, satisque aquæ perennis fontibus, si quando montani Sirio ardente defecerint. Et longitudo sane ejus à Machærunte usque ad Pellam, latitudo vero à Philadelphia ad Jordanem. Et Pellâ quidem jam dictâ versus Boream terminatur, Jordane vero ad occidentem, & ad meridiem clauditur Moabitide, ad orientem vero Arabia & Silbonitide, nec non Philadelphene & Gerasis.

Perææ descriptio.

Samariensis regionis descriptio.

4. Samariensis autem regio inter Judæam quidem & Galilæam media est, (nam à vico incipiens in Magno campo jacente, nomine Ginæa, desinit in Acrabatenam toparchiam) soli vero natura & ingenio

---

Jud. Comp. p. 140. & nuperrime *Relandus.* in *Palæst.* p. 701. & 1062. Χαβυλὼν post *Bochartum* malit *Cellarius* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 13. p. 309. Forsan cum *Cod. Big.* legendum, ἐν τοῖς παραλίοις Πτολεμαΐτων, μ. &c. Huds. *Zabulon.* Hæc est civitas Galilææ, de qua noster lib. 11. 22. videtur enim Ζαβυλὼν hic legendum, quippe Χαβυλὼν, ut pro regione בבול accipiatur, huc non pertinet, quæ in finibus Tyriorum sita fuit, & Χαβαλὼν γῆ a Josepho nuncupatur; licet l. 1. contra Apionem etiam appelletur Ζαβυλών. Sed Græcus textus omnino mendosus hic est, nec aptum sensum fundit. Videtur Χαβυλώνης in duo dividi debere, & ὃς referendum ad sequentia, hoc modo, μίχρι Ζαβυλὼν, ἧς ἐν τοῖς παραλίοις Πτολεμαΐς γείτων *usque ad Zabulon, cui in tractu maritimo vicina est Ptolemais.* Rel.

d Ἐν τῷ Μεγάλῳ πεδίῳ] *Magno Campo.* Μέγα πεδίον est circa Scythopolin; quæ jacet κάλλει πρόσωπον αὐτῆς. Vid. Antiq. l. XII. 12. Et accuratius describitur lib. v. c. 4. de bello. quod inter duos montes medium sit, quorum unus a Scythopoli versus Hierichuntem & porro usque ad terminos lacus Asphaltitis, alter trans Jordanem a Juliade usque ad Somorra non longe a Petra Arabiæ protenditur. Dividitur autem hic campus medius Jordane & longus est stadia 1200. latus 120. Adde Palæstinam nostram pag. 440. & 453. Rel.

e Ἡ] Cum ἐξαλὼθ habeat *Big.* ἣ Ξαλὼθ (ita clare *Lugd. Bat.*) rescripsi. Ξαλὼ in *Editis Aliisque.* Ξαλὼθ *Bod.* absque ἣ.

f Ξαλὼθ] Conf. de Vita §. 44. Spanh.

g Βηρσάβης,] Βηρσαβεὲ supr. lib. 2. c. (25. §. . .) Βηρσάβη de eadem de Vita §. 37. Spanh. Non est locus in *S. Literis* notissimus בְּאֵר שָׁבַע dictus, in confiniis Judææ versus Ægyptum, sed alius ab isto remotissimus. *L. Capell.*

h Μηρὼθ] Μηρὼ supr. lib. 2. c. (25. §. . . .) de eodem loco Spanh.

i Λειπανδρία] Λειψανδρία *Big.* & *Gall.*

k Πίων τε πᾶσα] Ἁμιὼν τε π. *Vat.* & *Gall.*

l Καλάφυτος,] Καλάκομος *Bod. Rost.* & *Gall.*

m Προσηκήθη] προσθήκη *Rost.*

n Εὐθηνίαν,] ΕΥΘΗΝΙΑ in Nummis, & εὐθηνοῦσα Æschyl. Eum. v. 911. Spanh.

o Προέλοιτο] *Rost.* προέλοι.

p Ὅλη, καὶ συνεχὴς ἔστι] *Rost.* ἐστὶ καὶ συνεχὴς ὅλη.

q Ἡμέρων αὔξησιν] Ita *Vat.* & *Bod.* ἡμερῶν in *cæteris.*

r Αὐτῆς καὶ πάμφορον,] Sic *Big.* ταύτης καὶ τὸ πάμφορον in *cæteris.*

s Πέλλη] Πέλλη illa huc non pertinet: nam hæ XI. κληρουχίαι erant cis Jordanem in Judæa, at Pella trans. Lege Βεθλεέπλιφα. Confer. Plinium Hist. v. 14. Rel.

t Ἣν προειρήκαμεν,] Ita *Big.* ἣν in *reliquis.*

u Ἰορδάνης.] Ἰορδάνου *Big.*

v Σιλβωνίτιδι,] Σιλβωνίτιδι, benè *MS. Lipsi.* fortè leg. Σιρβωνίτιδι de qua *Basil. Homil. IV. in Hexaëm.* p. 49. c. 2. T. 1. ἡ Σιρβωνῖτις ἡ μεταξὺ Αἰγύπτου καὶ Παλαιστίνης, τὴν Ἀραβικὴν ἅπασαν παρατείνουσα. Adde de eodem loco Σιρβωνίτιδος *Ambrosium in Genes.* Tiberiadi quoque in Palæstina, & ei lacui, qui inter Palæstinam & Ægyptum, Arabiæ deserta prætendit. Spanh. Sic *Lipsi. Bod. Rost.* & *Ruf.* Σιλωνίτιδι *Gall.* 1. Σιβωνίτιδι *Vat. L. B.* & *Gall.* 2. Σιμωνίτιδι in *Editis*, forsan pro Σιβωνίτιδι. *Petitus* malit Σιβμωνίτιδι à *Sibma* urbe. Videsis ad lib. 11. de Bello cap. 18. §. 1.

w Φιλαδελφήνῃ καὶ] Conf. sup. lib. 1. c. 4. §. 8. Spanh.

x Γεράσοις] Eo modo *MSS.* plerique ut & *L. B.* & *Rufinus.* Γεράροις in *Editis.* Pro Γεράροις subsitui Γεράσοις: ita Rufinus legit, & codex manuscriptus Academiæ Lipsiensis: & tum loci situs id suadet, tum verba Josephi, *lib. 11. de bello*, cap. 19. ubi eadem loca junguntur Φιλάδελφια, Γεβωνῖτις, Γέρασα & Πέλλα. Verum Γεβωνῖτις illic est quod Ζιλβωνῖτις hic, uti Rufinus legit & codex MStus Academiæ Lipsiensis. Regio dicta erit ab oppido Selbon Selbonitis, uti Ἐσεβωνῖτις apud Josephum *Antiq.* XII. 5. ab Ἐσεβὼν sive Cheschbon. Philadelphia porro ubi sita fuerit aliquo modo colligitur ex eo, quod Eusebius scribat in Onomastico Jazer abesse 10. milliaria a Philadelphia & 15. a Cheschbone. Cheschbon autem ipsa 20. milliaria aberat a Jordane. Ergo latitudo Perææ ab ortu versus occasum major non fuit quam 45. milliaria Romana. Rel.

y Γινάας ὄνομα κώμης,] Γηνίας *Big.* & *Bod.* γενίας *L. B.* Γιναίας malit *Petitus.*

nio à Judæa nihil differt. nam utræque montoſæ ſunt & campeſtres, molleſque ad agriculturam, & fertiles admodum, nec non & arboribus conſitæ, pomiſque ſylveſtribus manſuetis abundantes.* Non ſunt autem natura quidem valde irriguæ, ſed copioſi ſunt & frequentes in iis imbres. Quæque illic ſunt aquæ fluenta dulcem ſupra modum habent ſaporem; atque propter boni graminis copiam, armenta majori lactis ubertate gaudent, quam uſquam alibi. Cæterum maximum virtutis & feracitatis argumentum eſt, quod utraque viris abundet.

Judææ fines ejuſque diſtributio.

5. In utriuſque autem confinio eſt Anuath vicus, qui alias Borceos dicitur, terminus ille Judææ verſus ſeptentrionem. Meridiana vero pars ejus, ſi in longitudinem eam metiaris, finem habet vicum Arabibus conterminum, quem iſthic Judæi Jardan appellant. Cæterum latitudo à Jordane fluvio ad Joppen porrigitur. Ipſiſſimo autem in medio ejus ſita eſt urbs Hieroſolyma. qua de cauſa urbs *iſta* à nonnullis non ſine ratione dicta eſt regionis *illius* umbilicus. Sed nec marinis deliciis caret Judæa, locis maritimis Ptolemaïdem uſque extenſa. Diſtributa eſt autem in undecim ſortes: quarum prima quidem tanquam regia eſt *urbs* Hieroſolyma, omni regioni circumjacenti ut caput corpori ſupereminens & præſtans. Cæteræ autem poſt ipſam diviſæ ſunt juxta toparchias. Gophna ſecunda, & poſt eam Acrabatta, deinde Thamna, & Lydda, & Ammaus, & Pella, & Idumæa, & Engaddæ, & Herodion, & Hierichus, poſt quas Jamnia & Joppe finitimis ſuis præſunt, ac præterea Gamalitica & Gaulanitis, & Batanæa & Trachonitis*, quæ & partes ſunt regni Agrippæ. Iſta autem regio incipiens à monte Libano & Jordanis fontibus uſque ad lacum Tiberiadem latitudine panditur: longitudo vero ejus à vico, cui nomen Arpha, uſque ad Juliadem protenditur. Eam autem incolunt Judæi permixti Syris. Atque de Judæa quidem & finitimis regionibus, ſumma qua potuimus brevitate, narrationem fecimus.

σιν ἡ τῶν Ἰουδαίων καθ' ὑδὲν διάφορον. [z] ἄμφω τε γὰρ ὀρειναὶ καὶ πεδιάδες, εἴς τε γεωργίαν μαλθακαί, καὶ [a] πολύφοροι, καὶ δένδροί τε, καὶ ὀπώρας ὀψιμῆς καὶ ἡμέρους μεσταί. [b] προσάρδεται [c] δὲ ὑδάμασι μὲν φύσει διψάδεσι, ὄμβροι δὲ τὸ πλέον. γλυκὺ δὲ νᾶμα πᾶσιν διαφόρως ἐν αὐταῖς καὶ, διὰ πλῆθος πόας ἀγαθῆς, τὰ κλῆνη πλέον ἢ παρ' ἄλλοις γαλακτοφόρα. μέγιστον γοῦν τεκμήριον ἀρετῆς καὶ εὐθηνίας τὸ πληθύειν ἀνδρῶν ἑκατέραν.

ε'. Μεθόριος δὲ αὐτῆς ἡ [d] Ανναὰθ Βορκέως προσαγορευομένη κώμη, πέρας αὕτη τῆς Ἰουδαίας [e] τὸ πρὸς βορέαν. τὰ νότια δὲ αὐτῆς ὅτι μήκος μεθορμίσης ὁρίζει, προσκυροῦσα τοῖς Ἀράβων ὅροις [f] κώμη, καλοῦσι δ' αὐτὴν [g] Ιαρδὰν οἱ τῇδε Ἰουδαῖοι. [h] εὖρος γοῦν ἀπὸ Ιορδάνου πολλαῖς μέχρις Ἰόππης ἀναπέπλαται. μεσαιάτη δὲ αὐτῆς πόλις τὰ Ἱεροσόλυμα κεῖται. [i] πᾶς δ' τινες οὐκ ἀσκόπως ὀμφαλὸν τὸ ἄστυ τῆς χώρας ἐκάλεσαν. ἀφήρηται δὲ καὶ θαλάσσης τερπνῶν ἡ Ἰουδαία, τοῖς πρὸς θαλάττοις καταλείπουσα μέχρι Πτολεμαΐδος. μερίζεται δὲ εἰς ἕνδεκα κληρουχίας. ὧν ἄρχει μὲν ὡς βασίλειον τὰ Ἱεροσόλυμα, προανίσχουσα τοῖς λοιποῖς πόλεσι, ὥσπερ ἡ κεφαλὴ σώματος. [k] αἱ λοιπαὶ δὲ μεθ' αὐτὴν διήρηνται τὰς τοπαρχίας. [l] Γόφνα δευτέρα, καὶ μεθ' αὐτὴν [m] Ακραβαττὰ, Θαμνὰ πρὸς ταύταις, καὶ Λύδδα, καὶ [n] Αμμαοῦς, καὶ Πέλλη, καὶ Ιδουμαία, καὶ [o] Εγγαδδαί, καὶ [p] Ηρῴδειον, καὶ Ιεριχοῦς, [q] μεθ' ἃς Ιάμνεια καὶ Ἰόππη τῶν λοιπῶν ἀφηγοῦνται, κατὰ ταύταις [r] ἥτε Γαμαλίτικη καὶ Γαυλανῖτις, Βαλαία τε καὶ Τραχωνῖτις, αἵ καὶ τῆς Αγρίππα βασιλείας εἰσὶ [s] μοῖραι. δεχομένη δὲ ἀπὸ Λιβάνου ὄρους καὶ τὰ Ιορδάνου πηγῶν ἡ χώρα, [t] μέχρι τῆς Τιβεριάδος λίμνης [u] εὐρύνεται. ἀπὸ δὲ κώμης καλουμένης [x] Αφᾶς, μέχρις [y] Ιουλιάδος [z] ἐκτείνεται τὸ μῆκος. οἰκοῦσι δὲ αὐτὴν μιγάδες Ἰουδαῖοί τε καὶ Σύροι [a] τὰ μὲν δὴ περὶ τῆς [b] Ἰουδαίων τε καὶ [c] τῶν πέριξ χώρας, ὡς ἐμοὶ μάλιστα συντόμως ἀπηγγέλκαμεν.

CAP. IV.

Joſephus, facta impreſſione in Sepphorin, repulſus eſt. Titus cum ingenti exercitu Ptolemaïdem venit.

Veſpaſianus auxilium mittit Sepphoritis.

QUod autem Veſpaſianus Sepphoritis miſerat auxilium, equites *ſcilicet* mille & ſex millia peditum, duce Placido tribuno, caſtris in Ma-

ΚΕΦ. δ'.

Ιώσηπος, ὁρμήσας ἑλεῖν Σεπφώριν, ἀπεκρούσθη. Τίτος σὺν μεγάλῃ δυνάμει εἰς Πτολεμαΐδα ἀφικνεῖται.

ΗΔὲ ὑπὸ Οὐεσπασιανῷ πεμφθεῖσα [d] Σεπφωρίταις βοήθεια, χίλιοι μὲν ἱππεῖς, [e] ἑξακισχίλιοι δὲ πεζοὶ, Πλακίδῳ χιλιαρχοῦντι αὐτοῖς, ὡς τῷ Μεγάλῳ

---

z Αμφω τε] Αμφότεραι *Big.* & *Voſſ.*

a Πολύφοροι, Lege πολυφόροι. Cocc.

b Προσάρδεται] Παρ ὃσον ὑδάμασι φύσει διψάδες *Big.*

c Δε ὑδάμασι] Ita *Bod.* antea γὰρ erat.

d Ανναὰθ Βορκέως] Ανναὰθ Βορκαίου *Big.* & *Gall.* Ανναθ Βορκέου *Roſt.* in *Ruſini* libris, *Anathath vicus, qui etiam Borceas apellatur.* Ανναὰθ Βαρκέως legit *Petitus.*

e Τὸ πρὸς βορέαν.] Τὰ *Big.* τὴν *Bod.*

f Κώμη,] Ita *L. B. Big.* & *Bod.* κώμῃ καλοῦσιν αὐτὴν in *Editis Aliiſque.*

g Ιαρδὰν οἱ] Sic *Busb.* & *Gall.* Ιαρδὰν in *Editis.* Ιάρδαν *Bod.* in *Ruſini* verſione, *à vico cui nomen eſt Jordane*, & *Pſeudo-Hegeſippus* habet, *cui nomen Jordani.* κώμην καλοῦσιν αὐτὴν Ιορδανοι [i. e. Ιορδὰν οἱ] τῇδε Ἰουδαῖοι *Vat.*

h Εὖρος γοῦν] ἔστι δὲ μῆκος *L. B.*

i Πᾶς δ' τινες] Ita *Big.* Τοῦτο δὲ in *cæteris.*

k Αἱ λοιπαὶ——τοπαρχίας.] Iſta, αἱ λοιπαὶ &c. uſque ad Γόφνα deſiderat *Cod. Bod.* & *Roſt.*

l Γόφνα] *L. B.* Γιόφνα.

m Ακραβαττὰ,] Ita *Voſſ.* & *Ruf.* Ακραττὰ in *Editis Aliiſque.* Ακραβεττὰ *Big.* Ακραβεττὰι *Vat.*

n Αμμαοῦς,] Eo modo *Big.* & *Vat.* Αμμοῦς & Εμμαοῦς *aliis.*

o Εγγαδδαί,] Sic *Bod.* & *Vat.* Εγγαδδαὶ, *cæteris.*

p Ηρῴδειον,] *L. B.* Ηρώδιον.

q Μεθ' ἃς Ιάμνεια] Ita *Big.* μεθ' ἃ in *reliquis.*

r Ητη Γαμαλίτικη καὶ Γαυλανῖτις, Ita cum *Ruſino.* Γαμαλιτικὴ in *Græcis omnibus.*

s Μοῖραι.] *L. B.* μοῖρα.

t Μέχρι τῆς Τιβεριάδος] Μέχρι τῆς πρὸς Τιβεριάδα λίμνης *Big.* nec aliter, ut puto, *Ruſinus*, qui vertit, *uſque ad Tiberiadi proximum lacum.*

u Εὐρύνεται.] εὐρίσκεται, *Roſt.*

x Αφᾶς,] Αφθᾶς, vel Αφθαᾶς juxta *Pſeudo-Hegeſippum.*

y Ιουλιάδος] *Roſt.* Ιουλιάδ.

z Εκτείνει.] ἐκτείνει *MS. Lipſ.* SPANH. Εκτείνει *Bod. Gall. Lipſ.* & *Vat.*

a Τὰ μὲν] Ita *Gall.* & *Ruf.* τὰ μὲν δὴ in *reliquis.*

b Ιουδαίων] Ιουδαίας *Bod. Ruf.* & *Pſeudo-Hegeſipp.*

c Τῶν πέριξ χώρας,] Illud τῶν deeſt *Big.* ἐσ. π.

d Σεπφωρίταις] Σεπφωρεῖς eoſdem vocat in Vita ſua §. 25.

e Εξακισχίλιοι δὲ πεζοὶ,] Εξακόσιοι *Big.*

* *Al.* etſi enim natura non ſint admodum irriguæ, compluuntur tamen abunde.

γάλῳ πεδίῳ τραλοπεδησάμενοι διαιρεῖν. καὶ τὸ μὲν πεζὸν ἐν τῇ πόλει πρὸς φυλακὴν [f] αὐτῆς, τὸ δὲ ἱππικὸν ὅπη τὴ παρεμβολῆς αὐλίζεται. προϊόντες δὲ ἐκαλέρωθεν συνεχῶς, καὶ τὰ πέριξ τῆς χώρας καλατρέχοντες, μεγάλα τοὺς πρὶ τὸ Ἰώσηπον ἔπαθον [g] ἀτρεμοῦντας, [h] τάτε κατὰ πόλιν ἔξωθεν λῃζόμενοι, καὶ προθέοντας ὁπότε θαρρήσειαν ἀνακόπτοντες. ὥρμησε γεμὴν [i] ὁ Ἰώσηπος ὅπη τὴν πόλιν, αἱρήσειν ἐλπίσας ἣν αὐτὸς πρὶν ἀπ᾽ῆναι Γαλιλαίων ἐτείχισεν, ὡς καὶ Ρωμαίοις δυσάλωτον εἶναι. διὸ καὶ τῆς ἐλπίδος ἀφήμαρτε, καὶ τε βιάζεσθαι καὶ τῷ μεταπείθειν Σεπφωρίτας, ἀσθενέστερος εὑρεθείς. παρώξυνε δὲ μᾶλλον τὸ πόλεμον ὅπη τὴ χώραν· καὶ ὅτε νύκτως ὅτε μεθ᾽ ἡμέραν ὀργῇ τῆς ἐπιβολῆς οἱ Ρωμαῖοι διέλιπον δηοῦντες αὐτοῦ τὰ πεδία, καὶ διαρπάζοντες τὰ ὅπη τῆς χώρας κλήματα, καὶ κλείοντες μὲν ἀεὶ τὸ μάχιμον, ἀνδραποδιζόμενοι δὲ τοὺς ἀσθενεστέρους. πυρὶ δὲ ἡ Γαλιλαία καὶ αἵματι πεπλήρωτο πᾶσα, πάθους τε οὐδενὸς [k] ἡ συμφορᾶς ἀπείρατος ἦν. μία γὰ καταφυγὴ διωκομένοις αἱ ὑπὸ τοῦ Ἰωσήπου τειχισθεῖσαι πόλεις [l] ἦσαν.

Josephus frustra tentat Sepphoritas.

Galilæa misere vexata.

β'. Ὁ δὲ Τῖτος, πραιωθεὶς ἀπὸ τὴ Αχαΐας εἰς τὴν Αλεξάνδρειαν, ὠκύτερον ἢ κατ᾽ χειμῶνος ὥραν, [m] παραλαμβάνει μὲ ἐφ᾽ ἣν ἔσταλτο δύναμιν. συντόνῳ δὲ χρώμενος [n] πορείᾳ, μετὰ τάχους εἰς Πτολεμαΐδα ἀφικνεῖται. κἀκεῖ καταλαβὼν τὸ πατέρα, δυσὶ τοῖς ἅμα αὐτῷ τάγμασιν, ἦν δὲ τὰ ὀκτωκαιδέκατα [o] τὸ πέμπτον καὶ τὸ δέκατον, ζεύγνυσι [p] καὶ τὸ ἀχθὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ πενταικαιδέκατον. [q] τούτοις εἵπετο ὀκτωκαίδεκα σπεῖραι. προσεγένετο δὲ καὶ ἀπὸ Καισαρείας πέντε, καὶ ἱππέων ἴλη μία. πέντε δὲ ἕτεραι τῶν ἀπὸ Συρίας ἱππέων. τῶν δὲ σπειρῶν αἱ δέκα μὲ εἶχον [r] ἀνὰ χιλίους μὲν πεζούς, [s] αἱ δὲ λοιπαὶ [t] δεκαπρεῖς ἀνὰ ἑξακοσίους μὲν πεζούς, ἱππεῖς δὲ ἑκατὸν εἴκοσι. συχνὸν δὲ καὶ [v] τῶν ἀπὸ τῶν βασιλέων συνήχθη συμμαχικὸν, Αντίοχος μὲν καὶ Αγρίππας καὶ [x] Σοέμος τῶν ἀγομένων ἀνὰ διχιλίους πεζοὺς τοξότας καὶ χιλίους ἱππεῖς. τῆς δὲ Αραβίας Μάλχος χιλίους πέμψας ἱππεῖς ὅτι πεζοῖς συνέπαχιλίοις, ὧν τὸ πλέον ἦσαν τοξόται. ὡς τὴν πᾶσαν δύναμιν, συνεξαριθμουμένων [y] τῶν βασιλικῶν, ἱππέας τε καὶ πεζούς, εἰς ἓξ ἀθροίζεσθαι μυριάδας δίχα θεραπόντων, οἱ παμπληθεῖς μὲν εἵποντο, ἀλλ᾽ δὲ συνάσκησιν πολεμικὴν, οὐκ ἂν ἀπολάσειέ τῆς μαχίμου, κατὰ μὲν εἰρήνην ἐν ταῖς μελέταις τοῦ δεσπότου ἀεὶ γυμνάζομενοι, συνκινδυνεύοντες δ᾽ ἐν πολέμοις, ὡς [z] μήτε ἐμπειρίᾳ μήτ᾽ ἀλκῇ τινος πλὴν τοῦ δεσπότου ἐλαττοῦσθαι.

2. Titus autem, cum ex Achaja Alexandriam trajeciſſet, citius quam hyemis tempeſtate *fieri ſolet*, militum quidem manum, cujus cauſa miſſus fuerat, ſuſcipit; *magniſque itineribus contendens, brevi admodum Ptolemaidem pervenit. Cumque illic patrem ſuum offendiſſet, duabus quæ cum eo erant legionibus (erant autem quinta, & decima, eæque nobiliſſimæ) jungit etiam quam ille ſecum adduxit quintam decimam. quibus adjunctæ erant decem & octo cohortes. Quin & illis è Cæſarea acceſsêre quinque, cum una equitum turma: & aliæ quinque Syrorum equitum. Decem autem cohortum ſingulæ quidem mille pedites habebant: reliquæ vero tredecim pedites ſexcentos, equiteſque centum & viginti. Regii autem auxiliares etiam magno numero collecti erant; Antiochio quidem & Agrippa & Sohemo bina millia peditum ſagittariorum & mille equites ſuppeditantibus; cum jam Malchus Arabs equites mille miſiſſet præter quinque millia peditum, quorum pars major erant ſagittarii. adeo ut omnes copiæ, regiis in eundem numerum adſcriptis, tam pedites quam equites, in ſexaginta *circiter* millia colligerentur, præter calones, qui magna quidem multitudine ſequebantur, quòd vero exercitatione bellica aſſueti eſſent, haud ſecerni debeant à viris militaribus, pacis quidem tempore in dominorum exercitiis aſſidue verſantes; bellique pericula unà cum illis adeuntes; ut neque peritia neque viribus à quopiam niſi à dominis ſuperentur.* *Titus ingentes copias ad Veſpaſianum ducit.*

Calonum Romanorum virtus.

CAP.

f Αὐτῆς,] L. B. αὐτοῖς.

g Ατρεμοῦντας,] Ατρεμοῦσι *Big. Lugd. Bat.* & *Vat.*

h Τάτε κατὰ πόλιν] Τάς τε [ἰσ. τάτε] κατὰ πόλιν ἔξωθεν *Vat.* & *Gall.* Huds. At *Lugd. Bat.* prout dedimus & conjecerat *Huds.* quod & reſpondet num. ſing. πέριξ τῆ χώρας. Hav.

i Ο Ιώσηπος] Articulum omittit *Big.*

k Η συμφορᾶς] Ita *Big.* ἡ συμφορᾶς οὐδενὸς in *reliquis.*

l Ησαν.] Deeſt *Bod.* & *Roſt.*

m Παραλαμβάνει] Illa παραλαμβάνει μὲ deſunt *Bod.* & *Roſt.*

n Πορείᾳ,] Προθυμίᾳ *Vat. Busb. Roſt. Rhed.* & *Bod.*

o Τὸ πέμπτον καὶ τὸ δέκατον,] Legiones Quinta & decima nobiliſſimæ; de iis infra c. 8. §. 1. Spanh.

p Καὶ τὸ ἀχθὲν] Illud καὶ addidi è *Cod. Big.* & *Ruffino.*

q Τούτοις] Σὺν αὐτοῖς *Big.*

r Ανὰ χιλίους] Ita *Big.* concinnius ut puto quam in *Editis Aliiſque*, in quibus legitur, ἀνὰ χιλίους πεζοὺς, αἱ λοιπαὶ δὲ τριακαίδεκα &c.

s Αἱ δὲ λοιπαὶ] Deſunt in *Roſt.*

t Δεκαπρεῖς] καὶ τριακαίδεκα *Alii.*

v Παρὰ τῶν βασιλέων] Illud παρὰ omittit *Big.*

x Σοέμος] Conf. ſupr. lib. 2. c. 18. §. 6. Spanh. Σοαίμου *Big.*

y Τῶν βασιλικῶν,] *Roſt.* τῶν πεζῶν.

z Μήτε ἐμπειρίᾳ μήτ᾽ ἀλκῇ] Ita *Big. Lugd. Bat. Gall. Vat.* & *Bod.* μήτε ἐμπειρίας μήτ᾽ ἀλκῆς in *Editis Aliiſque.*

* Contentoque uſus itinere, *Ruf.*

CAP. V.

Descriptio Romanorum exercituum, & castrorum, aliorumque, propter quæ laudantur Romani.

ET in hoc quidem alicui mirari subeat providam Romanorum curam, ita sui in usum servos instituentium, ut non solum vitæ ministeriis, sed belli etiam necessitatibus accommodati sint. Si quis autem eorum aliam quoque militarem respexerit disciplinam, profecto cognoscet tantum eos imperium non fortunæ munere, sed propria virtute adeptos esse. Non enim armis uti incipiunt, bello ingruente, neque solum urgente necessitate manus movent, ut qui pacis tempore requieverint; sed quasi illis à natura insitus esset armorum usus, nunquam ab exercitatione feriantur, neque *belli* tempora exspectant. Meditatio autem *militaris* illis nihil à vera contentione discrepat; sed quotidie miles unusquisque summa cum alacritate tanquam in bello exercetur: quo factum, ut levissime dimicationes perferant. neque enim ordinem non conservando à consueto statu dimoventur, neque metu consternantur, neque labore vires illis exhauriuntur. Atque inde est quod semper eos superent, quos non itidem firmos & immotos invenerint. Et haut erraverit si quis eorum exercitationes conflictus esse dixerit sine sanguine; præliaque è contra exercitationes sanguineas. Neque enim repentino hostium incursu facile opprimi possunt: sed quacunque in hostilem terram impressionem fecerint, non prius se in aciem committunt, quam circumvallentur castra. Non levi autem opere, nec solo inæquali statuunt castra: * neque omnes aut nullo ordine *in iis* occupant. Sed si forte accidat ut locus sit inæqualis in planum redigitur: atque castra ita illis dimensa sunt & descripta ut formam habeant quadratam. quippe multi fabri lignarii cum instrumentis ad exstructionem necessariis eos sequuntur.

Romanorum in rebus bellicis exercitationes.

Modus castra metandi.

2. Et partem quidem interiorem tentoriis occupant: extrinsecus vero *castrorum* ambitus muri speciem præ se fert, turribus æquo inter se spatio distantibus instructus. Per intervalla autem scorpiones, & catapultas, & ballistas, & alia omnia missilium organa disponunt, cuncta *quidem* ad aliquid jaciendum accommodata. Portas autem quatuor inædificant ad unamquamque ambitus plagam, tam ad introitus jumentorum faciles, quam ad excursus si opus sit faciendos latas. Et introrsum castra in vicos commode admodum dividunt. atque in medio quidem *vicorum* ponunt ducum tabernacula: horum autem ipsissimo in medio prætorium ad templi similitudinem. Ac quasi de

Qualiter omnia in castris ordinantur.

Castrorum descriptio.

ΚΕΦ. ε'.

Ἀναγραφὴ τ῀ Ρωμαϊκῶν στρατευμάτων τε καὶ στρατοπέδων, καὶ τ῀ ἄλλων, ἐφ' οἷς ἐπαινοῦνται Ρωμαῖοι.

ΚΑΝ [a] τούτῳ μὲν οὖν θαυμάσαιό τις ἂν Ρωμαίων τὸ προμηθὲς, καὶ κατασκευαζομένων ἑαυτοῖς τὸ οἰκεῖον, οὐ μόνον εἰς [b] τὰς ὑπὲρ βίου ἀσχολίας, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς πολέμους χρήσιμον. εἰ δέ τις αὐτῶν καὶ εἰς τ῀ ἄλλην τ῀ στρατείας σύνταξιν [c] ἀπίδοι, [d] γνώσεται τοσήνδε ἡγεμονίαν αὐτοὺς ἀρετῆς κτῆμα ἔχοντας, οὐ δῶρον τύχης. οὐ γὰρ αὐτοῖς ἀρχὴ τ῀ ὅπλων ὁ πόλεμος, οὐδὲ ὅπως μόνας τὰς χρείας τῷ χεῖρε κινοῦσιν, ἢ εἰρήνη [e] ἀπειρήκοτες. ἀλλ' ὥσπερ συμπεφυκότες τοῖς ὅπλοις, οὐδέποτε τ῀ ἀσκήσεως λαμβάνουσιν ἐκεχειρίαν, οὐδὲ ἀναμένουσι τοὺς καιρούς. αἱ μελέται δὲ αὐτοῖς, οὐδὲν τ῀ κατ' ἀλήθειαν [f] αὐτονίας ὑποδέουσιν, ἀλλ' ἕκαστος ὁσημέραι στρατιώτης πάσῃ προθυμίᾳ καθάπερ ἐν πολέμῳ [g] γυμνάζεται· διὸ κυφόταλα τὰς μάχας [h] διαφέρουσιν. ὅτε γὰρ ἀταξία [i] διασκίδνησιν αὐτοὺς ἀπὸ τ῀ ἐν ἕδει συντάξεως, ὅτε δέος ἐξίστησιν, [k] ὅτε δαπανᾷ πόνος. ἔπειτα ἡ τὸ κρατεῖν ἀεὶ κατ' [l] οὐκ ὁμοίων βέβαιον. καὶ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν, τὰς μὲν μελέτας αὐτῶν χωρὶς αἵματος πάραταξεις· τὰς πάραταξεις δὲ, μετ' αἵματος μελέτας. οὐδὲ γὰρ ἐξ ὑποδρομῆς εὐάλωτοι πολεμίοις· ὅπου δ' ἂν ἐμβάλωσιν εἰς ἐχθρῶν γῆν, οὐ πρὶν ἄπλοον μάχης, ἢ τειχίσαι στρατόπεδον. τὸ δ' οὐκ εἰκαῖον, οὐδ' ἀνώμαλον ἐγείρουσιν. οὐδὲ πάντες, ἢ ἀτάκτως ἀφαλαβόντες. ἀλλ' εἰ μὲν ἀνώμαλον ἂν τύχοι χῶρος, ἐξομαλίζεται· ἀφαιρεῖται δὲ παρεμβολὴ τετράγωνος αὐτοῖς. καὶ τεκτόνων πλῆθος [m] ἕπεται, [n] τάττε [o] πρὸς δόμησιν ἐργαλεῖα.

β'. Καὶ τὸ μὲν ἔνδον εἰς σκηνὰς ἀφαλαμβάνουσιν· ἔξωθεν δὲ ὁ κύκλος τείχους ὄψιν ἐπέχει, πύργοις ἐξ ἴσου ἀφεστήκασι [p] κεκοσμημένου. ὅπου δὲ τ῀ μεταπυργίων, τοὺς τε ὀξυβελεῖς, καὶ [q] καταπέλτας, καὶ λιθοβόλα, καὶ πᾶν ἀφεδρίτιον ὄργανον τιθέασιν, ἅπαντα πρὸς τὰς βολὰς ἕτοιμα. πύλαι δὲ οἰκοδομοῦνται τέσσαρες, [r] κατὰ ἕκαστον δὲ περίβολον κλίμα, [s] πρός τε εἰσόδους τ῀ ὑποζυγίων εὐμαρεῖς, καὶ πρὸς ἐκδρομὰς αὐτῶν, εἰ καταπείγοι, πλατεῖαι. [t] ῥυμοτομοῦσι δὲ εὐδιαθέτως [v] ἴσον τὸ στρατόπεδον. καὶ μέσας μὲν τὰς τ῀ ἡγεμόνων σκηνὰς τίθενται· μεσαίτατον δὲ τούτων τὸ [x] στρατήγιον, καὶ ὡσ-

a Τούτῳ μὲν οὖν] Τῷδε *Vat.* & *Roſt.*

b Τὰς δὲ βίου ἀσχολίας,] De variis olim ſervorum miniſteriis Plutarch. de Educ. lib. p. 4. A. B. SPANH.

c Ἀπίδοι,] Ita *Big. Busb. L. B. Rhed. Gall.* & *Voſſ.* ἀπίδῃ *Bod.* ἀπίδῃ in *Editis.*

d Γνώσεται] τὴν τοσήνδε ἡγεμονίαν] Sic *Big. Bod. L. B. Roſt.* & *Vat.* antea erat γνώσεται καὶ τὴν τοσ.

e Ἀπειρηκότες·] Ita *Bod. Busb. Lipſ.* & *Roſt. Gall. Vat.* & *Ruf.* qui vertit, *cum in pacis otio ceſſaverint.* προπεπονηκότες in *Editis Aliiſque.*

f Εὐτονίας] *Gen.* εὐτολμίας ut ſupr. c. 2. §. 3. SPANH. Sic *Big.* ut & *Ruf.* qui vertit, *nihil à vera contentione diſcrepant.* εὐτολμίας in *Editis Aliiſque.*

g Γυμνάζεται] γυμνάζονται *L. B.*

h Διαφέρουσιν.] Φέρουσιν *Big.*

i Διασκίδνησιν αὐτοὺς] Διαχωρίζει, σκορπίζει, σκίδνησιν αὐτοὺς *Bod.*

k Οὔτε δαπανᾷ πόνος] Οὔτε δαπάνα, οὔτε πόνος, *Big.*

l Οὐκ ὁμοίων βέβαιον.] Mallem οὐκ ὁμοίως βεβαίων.

m Ἕπεται,] Ἕπεται πρὸς δόμησιν ἐργαλείων *Big.*

n Τάττε] Conf. infr. lib. 7. c. 8. §. 5. SPANH.

o Πρὸς δόμησιν ἐργαλεῖα.] Πρὸς τὴν δόμησιν *Gall.* & *Vat.*

p Κεκοσμημένου.] κεκοσμημένην *Lugd. Bat.*

q Καταπέλτας,] καλαπήτας *Roſt.*

r Κατὰ ἕκαστον] Καθ' ἑκάτερον *Big.*

s Πρός τε εἰσόδους] Πρὸς τὰς εἰσόδους, & mox πρὸς τὰς ἐκδρ. *Big.*

t Ῥυμοτομοῦσι] Ῥυμοτομεῖται (non ῥυμοτομεῖται) εἰς ὀρθὸν κόπτεται *Heſych. Dicæarchus de Thebis* p. 172. ἀρχαία μὲν ἦσαν, καινὰς δὲ ἐῤῥυμοτομημένην. SPANH.

v Ἴσον] ἔνδον *Roſt.*

x Στρατήγιον,] Στρατηγεῖον *Big.*

* Al. *neque omnes, aut nullo adhibito ordine locum caſtris figendis capeſſunt, deſcribuntque.* Nam per artifices, & caſtrorum ſtruendorum peritos munus iſtud peragebatur. *Lowthius.*

y Πόλις

πλησιον. ὥσπερ δὲ ἐν ἀγρῷ [y] πόλις καὶ ἀγορά τις ἀποδείκνυται, καὶ χειροτέχναις χωρίον, θῶκοί τε λοχαγοῖς καὶ ταξιάρχοις, ὅπη δικάζοιεν εἴ τινες ἀμφίβολοι. τειχίζεται δὲ [z] ὁ περίβολος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα [a] θᾶσσον ὀπώρας πλήθει καὶ ἐπιστήμῃ τῶν στρατιωτῶν. εἰ δὲ ἐπείγοι, καὶ [b] τάφρος ἔξωθεν περιβάλλεται, βάθος [c] τετράπηχυς, καὶ εὖρος ἴσον.

γ'. Φραξάμενοι δὲ αὐλίζονται κατὰ σπείρας ἕκαστοι μετ' ἡσυχίας τε καὶ κόσμου. πάντα δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ ἄλλα μετ' εὐταξίας ἀνύεται καὶ ἀσφαλείας· ξυλεία καὶ ὀπισθισμὸς, εἰ δέοιτο, καὶ ὑδρεία κατὰ σπείρας ἑκάστοις. ὅτε γὰρ δεῖπνον ἢ ἄριστον ὁπότε θελήσειεν αὐτεξούσιον ἑκάστῳ, πᾶσι δὲ ὁμοῦ. τάς τε ὕπνους αὐτοῖς, καὶ τὰς φυλακὰς, καὶ τὰς ἐξεγέρσεις, σάλπιγγες προσημαίνουσιν· ἐπ' ἐξόδου δέ, τι γίνεται δίχα προαγγέλματος. ὑπὸ δὲ τὴν ἕω, τὸ στρατιωτικὸν μὲν ὑπὸ τοὺς ἑκατοντάρχας ἕκαστοι, πρὸς δὲ τοὺς χιλιάρχους ἔτοιμοι συνίασιν ἀσπασόμενοι, μεθ' ὧν πρὸς τὸν ἡγεμόνα τῶν ὅλων αἱ ταξιάρχαι πᾶσαι. ὁ δὲ αὐτοῖς τότε ἐξ ἔθους σημεῖον καὶ τὰ ἄλλα προαγγέλματα δίδωσι φέρειν εἰς τοὺς ὑπολελαγμένους. οἳ δὴ καὶ ὑπὸ προτάξεως στρατιῶται, [d] ὑποστρέφουσι [e] ταχέως, [f] ἵνα ἰδέοι καὶ πρὸς τὰς ἐφόδους αὐτοῖς, καὶ πρὸς τὰς ἀναχλίσεις [g] ὑποχωρῶσιν ἀθρόοι.

δ'. [h] Ἐξιέναι δὲ τοῦ στρατοπέδου [i] δέον, ὑποσημαίνει [k] μὲν ἡ σάλπιγξ· ἠρεμεῖ δ' οὐδείς, ἀλλὰ [l] ἅμα νεύματι τὰς μὲν σκηνὰς ἀναιροῦσιν, πάντα δὲ ἑξαρτύουσι πρὸς τὴν ἔξοδον, καὶ πάλιν αἱ σάλπιγγες ὑποσημαίνουσι [m] παρασκευάζεσθαι. οἱ δὲ, ὡς τάχος τοῖς τε ὄρεσι καὶ τοῖς ὑποζυγίοις [n] ἐπιτιθέντες τὴν ἀποσκευὴν, ἑστᾶσιν ὥσπερ [o] ἐφ' ὁπλήγγι ἐξορμᾶν ἕτοιμοι, ὑποπιμπράσι τε ἤδη τὴν παρεμβολὴν, ὡς αὐτοῖς μὲ [p] ῥᾴδιον ἐκεῖ πάλιν τειχίσασθαι, μὴ γένοιτο δ' ἐκεῖνο πολὺ τοῖς πολεμίοις χρήσιμον. καὶ τρίτον δὲ [q] ὁμοίως αἱ σάλπιγγες προσημαίνουσι [r] τὴν ἔξοδον, ὑποσπέρχουσαι τοὺς δι' αἰτίαν τινὰ βραδύνοντας, ὡς μήτις ἀπολειφθείη [s] τάξεως. ὁ δὲ, τὸν κήρυκα δεξιὸς τῷ πολεμάρχῳ παρατὰς, εἰ πρὸς πόλεμόν [t] εἰσιν ἕτοιμοι, τῇ πατρίῳ γλώσσῃ τρὶς ἀναπυνθάνεται. κἀκεῖνοι τοσαυτάκις [v] ἀλαλάζουσι μέγα τι καὶ προθυμον, ἕτοιμοι [x] λέγοντες· φθάνουσί τε τὸν ἐπερωτῶντα, καί τινι ἀρρήτῳ πνεύματι ὑποπιμπλάμενοι τῇ βοῇ συνεξαίρουσι τὰς δεξιάς.

ε'. Ἐπειτα προϊόντες ὁδεύουσιν ἡσυχῇ καὶ μετὰ κόσμου πάντες, ὥσπερ ἐν πολέμῳ τὴν ἰδίαν τάξιν ἕκαστοι φυλάσσοντες. οἱ μὲν πεζοὶ, θώραξί τε πεφραγμένοι καὶ κράνεσι, καὶ μαχαιροφοροῦντες ἀμφοτέρωθεν· μακρότερον ἢ αὐτοῖς τὸ λαιὸν ξίφος πολλῷ, τὸ γὰρ δεξιὸν σπιθαμῆς οὐ πλέον ἔχει μῆκος. φέρουσι δὲ οἱ μὲν περὶ τὸ στρατηγὸν ὀπλεχλοι πεζοὶ λόγχην καὶ ἀσπίδα· ἡ δὲ λοιπὴ φάλαγξ ξυστόν τε καὶ θυρεὸν ὀπυήκη, πρὸς οἷς πρίονα καὶ κόφινον, ἄμπυξ τε καὶ πέλεκυν, subito facta conſpicitur civitas, & forum quoddam, atque opificibus ſtatio; item ſedilia agminum ductoribus & ordinum principibus, ubi lites, ſi quæ oriantur, dijudicent. Excitatur autem ambitus, & quæ in eo ſunt omnia prius opinione parantur, propter operariorum multitudinem & ſcientiam. Quod ſi res urgeat, foſſa etiam extra vallum circumjicitur, profunda quatuor cubitis, totidemque lata.

